Cum Cereris proles <sup>2</sup> vestris intenta <sup>3</sup> choreis  
Aequoris Hennaevi vernantia lilia carpsit, 270  
Raptaque, Lethaei coniunx mox facta tyranni,  
Sideribus tristes umbras,<sup>4</sup> et Tartara caelo  
Praeposuit, Ditemque Iovi, letumque <sup>5</sup> saluti,  
Et nunc inferno potitur Proserpina regno:  
Vos quoque iam posito luctu maestoque timore 275  
Huc facili gressu <sup>6</sup> teneras advertite <sup>7</sup> plantas,  
Tellurisque comas sacris aptate canistris.

Hic nullae insidiae nymphis, non ulla rapina,  
Casta Fides nobis colitur sanctique Penates.  
Omnia plena iocis, securo plena cachinno, 280  
Plena mero, laetisque vigent convivia pratis.  
Nunc ver egegidum, nunc est mollissimus annus,  
Dum Phoebus tener, ac tenera <sup>8</sup> decumbere <sup>9</sup> in  
herba

Suadet, et arguto fugientes gramine fontes  
Nec rigidos potare iuvat, nec sole tepentes. 285

<sup>1</sup> castaliis *R*: casis *SA*.

<sup>2</sup> proles *R*: flores *SA*.

<sup>3</sup> intecta *SAR*.

<sup>4</sup> umbras *SR*: imbres *AA*.

<sup>5</sup> iovilo etumque *SA*.

<sup>6</sup> gressus *SA*. <sup>7</sup> advertite *SAR*.

<sup>8</sup> tenerans tenera *SA*.

<sup>9</sup> decumbere *a*: decumbit *SA*.

Dryads of Maenalus,<sup>a</sup> and woodland nymphs  
Who haunt the Amphrysiac <sup>b</sup> forests, or who range  
Thessalian Tempe <sup>c</sup> or Cyllene's <sup>d</sup> heights,  
Or dark Lycaeus' <sup>e</sup> fields, or caves bedewed  
With constant drops from the Castalian spring,<sup>f</sup>  
And ye in Sicily who plucked the flowers  
Upon Halaesus' <sup>g</sup> banks, when Ceres' child  
Gazed on your dances and the lilies plucked  
That bloomed on Henna's <sup>h</sup> plain and, borne away 270  
By Lethe's <sup>i</sup> tyrant-king, became his bride,  
Preferring gloomy shades to stars, and Dis <sup>j</sup> to Jove,  
And Tartarus to heaven and death's abode  
To life, and in realms below she reigns  
The Queen Proserpina. Come, lay aside  
Your mourning and sad fears and hither turn  
With gentle steps your tender feet and fill  
Your sacred baskets with earth's blossoming.  
Here are no snares for nymphs, no rapine here;  
Pure faith we worship here and household gods  
Inviolate. Everywhere is fun and wine  
And care-free laughter; feasts are at their height 280  
In joyous meads. Cool spring's mild hour is here,  
So, too, the fairest turn in year's whole course,  
When Phoebus' rays are gentle and invite  
To lie on gentle grass. What joy to quaff  
Fountains of water through the rustling grass  
Fleeing, nor chilled by cold nor warmed by sun!

<sup>a</sup> A valley of northern Thessaly.

<sup>d</sup> A mountain of Arcadia.

<sup>e</sup> Another Arcadian mountain sacred to Pan.

<sup>f</sup> At Delphi.

<sup>g</sup> A river which rises in the region of Mt. Etna.

<sup>h</sup> In the centre of Sicily.

<sup>i</sup> The fountain of forgetfulness in Hades.

<sup>j</sup> Another name for Pluto.

<sup>a</sup> A mountain of Arcadia.

<sup>b</sup> The Amphrysus was a river of south Thessaly.

Iamque Dionaeis redimitur floribus hortus,<sup>1</sup>  
 Iam rosa mitescit Sarrano clarior ostro.  
 Nec tam nubifugo Borea Latonia Phoebe<sup>2</sup>  
 Purpureo radiat vultu, nec Sirius ardor  
 Sic micat, aut<sup>3</sup> rutilus<sup>4</sup> Pyrois, aut ore corusco 290  
 Hesperus, Eoo remeat cum Lucifer ortu;  
 Nec tam sidereo fulget Thaumantias arcu:  
 Quam nitidis hilares collucent fetibus horti.  
 Quare age vel iubare exorto iam nocte suprema, 294  
 Vel dum Phoebus equos in gurgite mersat Hiberno,  
 Sicubi odoratas praetexit amaracus umbras,  
 Carpite narcissique comas, sterilisque balausti.<sup>5</sup>  
 Et tu,<sup>6</sup> ne Corydonis opes despernat Alexis,  
 Formoso Nais puero formosior ipsa  
 Fer calathis violam et nigro permixta ligustro 300  
 Balsama cum casia nectens croceosque corymbos,  
 Sparge mero Bacchi: nam Bacchus condit odores.  
 Et vos agrestes, duro qui pollice molles  
 Demetitis flores, cano iam<sup>7</sup> vimine textum  
 Sirpiculum ferrugineis cumulate<sup>8</sup> hyacinthis. 305

<sup>1</sup> hortus *vel* ortus *R*: herbis *SA*.

<sup>2</sup> phoobe *R*: pobe *SA*.

<sup>3</sup> mitigata ut *A*.

<sup>4</sup> rutilius *SA*: rutilus *a*.

<sup>5</sup> balausio *SA*: balausi *R*.

<sup>6</sup> tunc *SAR*.

<sup>7</sup> cano iam *R*: canolā *SA*.

<sup>8</sup> cumulate *a*: comulate *R*: tumulat *SA*.

Lo! now Dione's daughter<sup>a</sup> with her flowers  
 The garden decks, the rose begins to bloom  
 Brighter than Tyrian<sup>b</sup> purple; not so bright  
 Grow Phoebe's<sup>c</sup> radiant cheeks, Latona's child,  
 When Boreas blows and puts the clouds to flight, 290  
 Nor yet so brightly shines the ardent heat  
 Of Sirius,<sup>d</sup> or the Fire-star's<sup>e</sup> ruddy glow,  
 Or Hesperus'<sup>f</sup> flashing face, when Lucifer<sup>g</sup>  
 Returns in eastern rising; not so bright  
 Gleams Thaumias' daughter<sup>h</sup> with her heavenly bow,  
 As gay with shining flowers the gardens gleam.  
 Come, then, as night is ending and the ray  
 Of dawn appears, or when the setting sun  
 Plunges his steeds in the Iberian main,<sup>i</sup>  
 Where marjoram outspread its perfumed shade,  
 Come, pluck it and the flowers of daffodils  
 And wild-pomegranate trees which bear no fruit;  
 And that Alexis<sup>j</sup> may not scorn the wealth  
 Of Corydon, come, Naiad, fairer still  
 Than that fair boy, baskets of violets bring 300  
 And balsam, with black privet mixed, entwined  
 With marjoram and clustering saffron-flowers.  
 Sprinkle these blossoms with the unmixed wine  
 Of Bacchus, for with wine are perfumes seasoned.  
 And you, ye rustics, who with callous thumb  
 Cull the soft flowers, with dark-red corn-flag blooms

<sup>a</sup> The Dog-star.

<sup>b</sup> The planet Mars.

<sup>f</sup> The Evening Star (the planet Venus).

<sup>g</sup> The Morning Star (again the planet Venus).

<sup>h</sup> Iris, the rainbow.

<sup>i</sup> The Spanish Sea, *i.e.* the Atlantic.

<sup>j</sup> Alexis, the boy beloved by Corydon (Vergil, *Ecl.* II).  
 The next line is an imitation of Vergil's *Formosi pecoris custos formosior ipse* (*Ecl.* V. 44).

<sup>a</sup> Venus.

<sup>b</sup> Sarra is another name for Tyre, a city renowned for its purple dye.

<sup>c</sup> Phoebe is Diana, here used for the moon as Phoebus is used for the Sun.

Iam rosa distendat contorti <sup>1</sup> stamina iunci,  
 Pressaque flammeola rumpatur fiscina caltha,  
 Mercibus ut vernis dives Vortumnus <sup>2</sup> abundet,  
 Et titubante gradu multo madefactus Iaccho  
 Aere sinus gerulus plenus gravis urbe reportet. 310

Sed cum maturis flavebit messis aristas,  
 Atque diem gemino Titan extenderit <sup>3</sup> astro,  
 Hauserit et flammis Lernaei brachia Cancri,  
 Allia tunc cepis, cereale papaver anetho  
 Iungite, dumque virent, nexos deferte <sup>4</sup> maniplos, 315  
 Et celebres Fortis Fortunae dicite laudes,

Mercibus exactis, hilaresque recurrite in hortos.  
 Tum quoque proscisso rigoque inspersa novali  
 Ocima comprimite, et gravibus densate <sup>5</sup> cylindris,  
 Exurat sata ne <sup>6</sup> resoluti pulveris aestus, 320  
 Parvulus aut pulex irrepens dente lacessat,

Neu formica rapax populari semina possit.  
 Nec solum teneras audent erodere frondes  
 Implicitus conchae limax, hirsutaque campe :  
 Sed cum iam valido pinguescit <sup>7</sup> lurida caule 325  
 Brassica, cumque tument pallentia robor <sup>8</sup> betae,

Mercibus atque olitor gaudet securus adultis,  
 Et iam maturis quaerit supponere falcem,

<sup>1</sup> contorti *R* : -o *SA*.

<sup>2</sup> portunus *SAR*.

<sup>3</sup> expenderit *S*.

<sup>4</sup> deferte *Sc* : deforte *A*.

<sup>5</sup> densate *SR* : densatque *Ac*.

<sup>6</sup> satana *S*.

<sup>7</sup> pinguescit *SA* : turgescit *R*.

<sup>8</sup> robor *R* : robore *SA*.

Pile high your baskets of hoar willow-twigs,  
 Let roses strain the threads of twisted rush  
 And let the throngs of flaming marigolds  
 Their panniers burst, that rich in vernal wares  
 Vertumnus <sup>a</sup> may abound and that from town  
 The carrier may return well soaked with wine,  
 With staggering gait, and pockets full of cash. 310

But when the harvest with ripe ears of corn  
 Grows yellow and when, passing the Twin Stars,  
 Titan extends the day <sup>b</sup> and with his flames  
 Consumes the claws of the Lernaean Crab,<sup>c</sup>  
 Garlic with onions join, and with the dill  
 Ceres' blue poppy, and to market bring  
 Still fresh the close-packed bunches and, with wares  
 All sold, to Fortune <sup>d</sup> solemn praises sing,  
 And to your garden home rejoicing go.  
 Now plant the basil too in fallow ground,  
 Well-trenched and watered; tightly press it down  
 With heavy rollers, lest the burning heat  
 Of earth dissolved in dust the seedlings scorch, 320  
 Or tooth of tiny ground flea creeping in  
 Attack, or greedy ant the seeds can waste.  
 For not alone the snail, wrapped in its shell,  
 And hairy caterpillar dare to gnaw  
 The tender leaves, but, when on solid stalk  
 The yellow cabbage now begins to swell,  
 And beet's pale stems increase and, free from care,  
 The gardener in his rich, ripe merchandise  
 Rejoices, ready to put in the knife,

<sup>c</sup> The Crab is called Lernaean because it tried to bite the heel of Hercules while he was fighting with the Hydra, a many-headed snake at Lerna near Argos.

<sup>d</sup> Fors Fortuna had a temple on the bank of the Tiber near Rome.

<sup>a</sup> The god of the changing year, also of trade and exchange.

<sup>b</sup> *I.e.* when the sun is passing through the constellations of Gemini (the Twins) and Cancer (the Crab), and the days begin to lengthen.

Saepe ferus duros iaculatur Iuppiter imbres, 329  
 Grandine dilapidans hominumque boumque labores :  
 Saepe etiam gravidis irrorat pestifer undis,  
 Ex quibus infestae Baccho glaucisque salictis  
 Nascuntur volucres, serpitque eruca per hortos ;  
 Quos <sup>1</sup> super ingrediens exurit semina morsu,  
 Quae capitis viduata comas <sup>2</sup> spoliataque nudo 335  
 Vertice, trunca iacent tristi consumpta veneno.  
 Haec ne ruricolae paterentur monstra, salutis  
 Ipsa novas artes varia experientia rerum  
 Et labor ostendit miseris, ususque magister  
 Tradidit agricolis, ventos sedare furentes,  
 Et tempestatem Tuscis avertere sacris. 340  
 Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas,  
 Sanguine lactentis catuli <sup>3</sup> placatur et extis.  
 Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli  
 Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.<sup>4</sup> 345  
 Utque Iovis magni prohiberet fulmina Tarchon,  
 Saepe suas sedes praecinxit vitibus albis.  
 Hinc Amythaonius, <sup>5</sup> docuit quem plurima Chiron,  
 Nocturnas crucibus volucres suspendit, et altis  
 Culminibus vetuit feralia carmina flere. 350  
 Sed ne dira novas segetes animalia carpant,  
 Profuit interdum medicamentum semina pingui

<sup>1</sup> quos *a* : quo *SAc*.

<sup>2</sup> comas *Sa* : comis *A* : coma *R*.

<sup>3</sup> lactantis catulis *SA*.

<sup>4</sup> ruris *R* : rursus *SA*.

<sup>5</sup> aminthanus *S* : amyntanus *A*.

<sup>a</sup> The Romans derived many of their religious practices from the Etruscans.

<sup>b</sup> The goddess who sent mildew; her festival was held on April 25th (see Aulus Gellius, iv. 6 and Pliny, *N.H.* XVII. § 10).

Oft-times fierce Jove, launching his cruel showers,  
 Lays waste with hail the toils of man and beast. 330  
 Oft too his rain, pregnant with pestilence,  
 Bedews the earth, whence flying creatures breed,  
 Foes of the vine and the grey thickets,  
 And, creeping through the garden, canker-worms  
 Bite and dry up the seedlings, as they go,  
 Which, of their leaves bereft, with naked tops,  
 Consumed by baneful wastage, ruined lie.  
 Lest rustics suffer from these monstrous pests,  
 Varied experience of herself and toil  
 And use, their teacher novel arts have shown  
 To wretched husbandmen, how to appease 340  
 Fierce winds and to avert by Tuscan <sup>a</sup> rites  
 The tempest. Hence, lest fell Rubigo <sup>b</sup> parch  
 The fresh, green plants, her anger is appeased  
 With blood and entrails of a suckling whelp;  
 Hence Tages, <sup>c</sup> Tuscan seer, they say, set up  
 The skinless head of an Arcadian ass  
 At the field's edge; hence Tarchon, <sup>d</sup> to avert  
 The bolts of mighty Jove, oft hedged his domain  
 With bryony; <sup>e</sup> and Amythaon's son, <sup>f</sup>  
 Whom Chiron <sup>g</sup> taught much wisdom, hung aloft  
 Night-flying birds on crosses and forbade  
 Their sad funereal cries on housetops high. 350  
 But that creatures horrible may not eat  
 The tender crop, it sometimes has availed

<sup>c</sup> The inventor of divination (Cicero, *de Div.* II. 23. 50).

<sup>d</sup> The Etruscan general who helped Aeneas against Turnus (*Verg., Aen.* VIII. 122 ff.).

<sup>e</sup> *Bryonia dioica*, common bryony; to be distinguished from black bryony, *Tamus communis*.

<sup>f</sup> Melampus, diviner and physician.

<sup>g</sup> The centaur, who was also tutor of Achilles.

Palladia sine fruge salis conspergere amurca,  
 Innatave laris nigra satiare favilla.  
 Profuit et plantis latices infundere amaros 355  
 Marrubii, multoque sedi<sup>1</sup> contingere succo.  
 At si nulla valet<sup>2</sup> medicina repellere pestem,  
 Dardaniae veniant artes, nudataque plantas  
 Femina, quae, iustis tum demum operata iuvencae<sup>3</sup>  
 Legibus, obscaeno manat pudibunda cruore, 360  
 Sed resoluta sinus,<sup>4</sup> resoluto maesta capillo,  
 Ter circum areolas et sepem ducitur horti.  
 Quae<sup>5</sup> cum lustravit gradiens, mirabile<sup>6</sup> visu!  
 Non aliter quam decussa pluit arbore nimbus  
 Vel teretis mali, vel tectae cortice glandis, 365  
 Volvitur in terram distorto corpore campe.  
 Sic quondam magicis sopitum<sup>7</sup> cantibus anguem  
 Vellere Phruxeo delapsum vidit Iolcos.  
 Sed iam prototomos tempus decidere caules,  
 Et Tartesiacos, Paphiosque revellere thyrsos, 370  
 Atque apio<sup>8</sup> fascēs et secto cingere porro.  
 Iamque eruca salax fecundo provenit horto.  
 Lubrica iam lapathos, iam thamni sponte virescunt,  
 Et scilla,<sup>9</sup> hirsuto sepes nunc horrida rusco

<sup>1</sup> sedi *Aldus.*: seri *SAR.*

<sup>2</sup> valet *S<sup>2</sup>*: vacet *SA.*

<sup>3</sup> iuvencae *SA*: iuvente *R.*

<sup>4</sup> sinus *SA.*                   <sup>5</sup> quem *SA.*

<sup>6</sup> miserabile *SA.*

<sup>7</sup> sopitum *R*: soticū *SA.*

<sup>8</sup> apios *SA.*

<sup>9</sup> scilla *c*: est illa *S*: stila *R.*

<sup>a</sup> Dardanus was a famous magician (Pliny, *N.H.* XIII. § 1).

<sup>b</sup> *Quae primum menstruorum fluxum patitur* (Schneider), *iuvenca* is here used of a young woman: Cf. Ovid, *Her. X.* 117, where Helen is called *Græcia iuvenca*.

<sup>c</sup> Iolcos in Thessaly was the home of Jason, who went in the ship *Argo* to fetch the golden fleece, which Phrixus had

The seed to sprinkle with unsalted lees  
 Of oil, rich gift of Pallas, or to steep  
 In the black soot that in the hearth collects;  
 And it has also profited to drench  
 The plants in horehound's bitter sap or pour  
 On them abundance of the house-leek's juice.  
 But if no medicine can the pest repel,  
 Let the Dardanian<sup>a</sup> arts be called to aid,  
 A maiden then, who the first time obeys  
 Her youth's fixed laws,<sup>b</sup> bare-footed and ashamed 360  
 Of the foul blood which flows, with bosom bare  
 And hair dishevelled, thrice about the beds  
 And garden-hedge is led. What wondrous sight,  
 When she with gentle pace her course has run!  
 E'en as when from a shaken tree rains down  
 A shower of shapely apples or of mast  
 Sheathed in soft shells, so roll in twisted shapes  
 To earth the caterpillars. Thus of old  
 Iolcos saw the serpent, lulled to sleep  
 By magic spells, fallen from Phrixus' fleece.<sup>c</sup>  
 But now 'tis time to cut the early stalks,  
 Both the Tartessian and the Paphian<sup>d</sup> stems, 370  
 With leeks<sup>e</sup> and parsley girdling the bunch;  
 Now in the fruitful garden springs apace  
 The lustful rocket;<sup>f</sup> now spontaneous shoots  
 The slippery sorrel and bushes<sup>g</sup> and the squill;  
 Prickly with bristling butcher's broom the hedge

carried off to Colchis. Aided by the magic arts of Medea he put to sleep the serpent which guarded the fleece.

<sup>d</sup> See lines 185-7 and notes.

<sup>e</sup> See note *c*, p. 20.

See lines 108-9.

<sup>g</sup> *Thamni* should mean simply "bushes"; but as a specific plant name seems required, the original reading may have been *tamni* i.e. black bryony, *Tamus communis*.



Prodit, et asparagi corruda simillima filo, 375  
 Humidaque andrachne <sup>1</sup> sitientes protegit antes,  
 Et gravis atriplici consurgit longa phaselus,  
 Tum modo dependens <sup>2</sup> trichilis,<sup>3</sup> modo more chelydri  
 Sole sub aestivo gelidas per graminis umbras  
 Intortus <sup>4</sup> cucumis praegnansque cucurbita serpit. 380  
 Una neque est illis facies. Nam si tibi cordi  
 Longior est, gracili capitis quae vertice pendet,  
 E tenui collo semen lege: sive <sup>5</sup> globosi  
 Corporis, atque utero nimium quae vasta tumescit,  
 Ventre leges <sup>6</sup> medio; sobolem dabit illa capacem 385  
 Naryciae picis, aut Actaei <sup>7</sup> mellis Hymetti,  
 Aut habilem lymphis hamulam, Bacchove lagoenam.  
 Tum pueros eadem fluviis innare docebit.  
 Lividus at cucumis, gravaida qui <sup>8</sup> nascitur alvo,  
 Hirtus, et ut coluber nodoso gramine tectus 390  
 Ventre cubat flexo, semper collectus in orbem,  
 Noxius exacuit morbos aestatis iniquae.  
 Fetidus hic succo, pingui quoque <sup>9</sup> semine fartus.  
 At qui sub trichila manantem repit <sup>10</sup> ad undam,<sup>11</sup>  
 Labentemque sequens nimium tenuatur amore, 395  
 Candidus, effetae tremebundior ubere porcae,  
 Mollior infuso calathis modo lacte gelato,

<sup>1</sup> andrachie *SAR.*                    <sup>2</sup> dependes *SAR.*

<sup>3</sup> triplicis *SA.*                        <sup>4</sup> intortos *AR.*

<sup>5</sup> lege sive *R*: leges iube *SA.*

<sup>6</sup> ventreles *SA.*

<sup>7</sup> aut hactei *R*: autaei *SA.*

<sup>8</sup> qui *R*: que *SA.*

<sup>9</sup> succo pingui quoque *R*: succoque et pingui *SA.*

<sup>10</sup> trichila manantem repit *R*: triclea anterepit *SA.*

<sup>11</sup> ad undam *R*: anundam *SA.*

<sup>a</sup> A town of Locris in southern Italy.

Begins to sprout, and wild asparagus  
 In stalk most like to those which gardens bear;  
 Moist purslane now protects the thirsty rows,  
 And calavance grows tall, which ill consorts  
 With orach; and the twisted cucumber  
 And swelling gourd, sometimes from arbours hang,  
 Sometimes, like snakes beneath the summer sun,  
 Through the cool shadow of the grass do creep. 380  
 Nor have they all one form: now, if you desire  
 The longer shape which hangs from slender top,  
 Then from the narrow neck select your seed;  
 But if a gourd of globelike form you seek,  
 Which vastly swells with ample maw, then choose  
 A seed from the mid-belly, bearing fruit  
 Which makes a vessel for Narycian <sup>a</sup> pitch  
 Or Attic honey from Hymettus' <sup>b</sup> mount,  
 Or handy water-pail or flask for wine;  
 'Twill also teach the boys in pools to swim.<sup>c</sup>  
 But bluish cucumber <sup>d</sup> with swollen womb,  
 Hairy and like a snake with knotted grass 390  
 Covered, which on its curving belly lies  
 Forever coiled, is dangerous and makes  
 Still worse the cruel summer's maladies;  
 Foul is its juice and with fat seeds 'tis stuffed.  
 The white cucumber <sup>e</sup> 'neath the arbour's shade  
 Creeps towards running water and pursues  
 Its course—by such devotion worn and thin—  
 More quivering than the udder of a sow  
 Lately delivered, softer than the milk  
 Just thickened and into the cheese-vat poured;

<sup>b</sup> A mountain near Athens.

<sup>c</sup> *I.e.* gourds can be used to support those who are learning to swim.

<sup>d</sup> Perhaps *Cucumis flexuosus* L.

<sup>e</sup> The true cucumber, *Cucumis sativus* L.

Dulcis erit, riguoque madescit luteus arvo,  
 Et feret auxilium quondam mortalibus aegris.  
 Cum canis Erigones flagrans Hyperionis aestu 400  
 Arboreos aperit fetus, cumulataque moris  
 Candida sanguineo manat fiscella cruore,  
 Tunc praecox bifera <sup>1</sup> descendit ab arbore ficus  
 Armeniisque, et cereolis, prunisque Damasci  
 Stipantur calathi, et pomis, quae barbara Persis 405  
 Miserat, ut fama est, patriis armata venenis.  
 At nunc expositi parvo discrimine leti  
 Ambrosios praebent succos, oblita nocendi.  
 Quin etiam eiusdem gentis de nomine dicta  
 Exiguo properant mitescere Persica malo. 410  
 Tempestiva madent, quae maxima Gallia donat;  
 Frigoribus pigro <sup>2</sup> veniunt Asiatica fetu.  
 At gravis Arcturi sub sidere parturit arbos  
 Livia Chalcidicis et Caunis aemula Chiis, 414  
 Purpureaeque <sup>3</sup> Chelidoniae, pinguesque Mariscae,  
 Et Callistruthis roseo quae semine ridet,  
 Albaque, quae servat flavae cognomina cerae,  
 Scissa Libyssa simul, picto quoque Lydia tergo.  
<sup>1</sup> bifere SA.      <sup>2</sup> pigro R: pigri SAA.  
<sup>3</sup> purpure quae SA.

Sweet will it be, and when it ripened is  
 And yellow grows upon well-watered ground,  
 Oft to sick mortals sure relief will bring. 400  
 When Sirius,<sup>a</sup> kindled by Hyperion's<sup>b</sup> heat,  
 Dog of Erigone,<sup>c</sup> upon the trees  
 The fruit discloses and with blood-red juice  
 Of mulberries the white osier-basket drips,  
 Then from twice-bearing trees the early fig  
 Falls earthwards; and the panniers are piled high  
 With apricots and plums and damsons<sup>d</sup> too,  
 And fruits once sent by Persis barbarous  
 —So runs the tale—with native poisons charged;  
 But now with little risk of harm set forth  
 They yield a juice divine, forgetting quite  
 How to work harm.<sup>e</sup> Peaches in Persia grown,  
 Bearing that country's name,<sup>f</sup> with tiny fruit 410  
 Are quick to ripen; huge ones by Gaul supplied,  
 Mature in season due; those Asia yields  
 Are slow to grow and wait for winter's cold.  
 But 'tis beneath baleful Arcturus' star  
 That Luvian<sup>g</sup> figs, which with Chalcidian vie,  
 And Caunian,<sup>h</sup> rivals of the Chian,<sup>i</sup> come  
 To birth, and purple Chelidonian<sup>j</sup>  
 And fat Mariscan,<sup>k</sup> Callistruthian  
 Gay with its rosy seeds, and that pale kind  
 Which ever keeps the name of tawny wax,<sup>l</sup>  
 And the cleft Libyan and the Lydian fig

<sup>a</sup> Caunus is a town in Asia Minor on the coast of Caria.

<sup>l</sup> Chios, an island off the W. coast of Asia Minor; noted for its figs.

<sup>j</sup> The Chelidonian Islands lay off the coast of Lycia in Asia Minor.

<sup>k</sup> The meaning of this word is uncertain: Martial (7. 25. 7) says that this type of fig was insipid.

<sup>l</sup> Pliny calls this kind *albiceratus* (N.H. XV. 18).

<sup>a</sup> The Dog-star.

<sup>b</sup> Hyperion was father of Helios, the sun, but is often used of the sun itself.

<sup>c</sup> Daughter of Icarus, who when he was slain was led to his dead body by her dog and in her grief killed herself. She became the constellation Virgo and the Dog became Sirius.

<sup>d</sup> Armenia = apricots; cereoli a variety of plum = *Prunus cereola* and pruna Damasci = damsons.

<sup>e</sup> Lines 405-8 refer to the citron *Citrus medica*, often known as the "Persian fruit." For long it was believed to be inedible.

<sup>f</sup> *Persicum* denoted the peach; not to be confused with *persea*, an Egyptian fruit tree *Mimusops Schimperi*.

<sup>g</sup> The Luvian, Chalcidian, Callistruthian, Libyan and Lydian fig-trees have already been mentioned in Book V. 10. and 11.

Quin et Tardipedi sacris iam rite solutis  
 Nube nova seritur, caeli pendentibus undis, 420  
 Gongylis,<sup>1</sup> illustri mittit quam Nursia campo,  
 Quaeque Amiterminis defertur bunias arvis.  
 Sed iam maturis nos flagitat anxius uvis  
 Euius excultosque iubet claudam us ut hortos.  
 Claudimus, imperioque tuo paremus agrestes, 425  
 Ac metimus laeti<sup>2</sup> tua munera, dulcis Iacche,  
 Inter lascivos Satyros Panasque<sup>3</sup> biformes  
 Brachia iactantes, vetulo marcentia vino.  
 Et te Maenaliū, te Bacchum, teque Lyaeum,  
 Lenaemque patrem canimus sub tecta vocantes, 430  
 Ferveat ut lacus, et multo<sup>4</sup> completa Falerno  
 Exudent pingui spumantia dolia musto.

Hactenus hortorum<sup>5</sup> cultus, Silvīne, docebam  
 Siderei vatis referens praecepta Maronis,  
 Qui primus veteres ausus recludere fontes 435  
 Ascraeum cecinit Romanus per oppida carmen.

<sup>1</sup> congilis *R*: congyli *SA*.

<sup>2</sup> leti tua *R*: letitia *A*: letita *S*.

<sup>3</sup> panasque *SR*: pansasque *A*.

<sup>4</sup> musto *SA*: multo *R*.

<sup>5</sup> hortorum *S*<sup>2</sup>: agrorum *Ac*: arvorum *a*.

<sup>a</sup> Vulcan, whose festival fell in August.

<sup>b</sup> A town of the Sabines, renowned next to Amiternum for its turnips (Pliny, *N.H.* XIX. 77).

<sup>c</sup> A town of Campania.

<sup>d</sup> Bacchus.

With spotted skin. But when the sacred rites  
 Of the slow-footed god<sup>a</sup> have been performed,  
 When fresh clouds come and rain hangs in the sky, 420  
 The turnip should be sown, which Nursia<sup>b</sup> sends  
 From her famed plain, and navew from the fields  
 Of Amiternum<sup>c</sup> sent. But anxious now  
 For his ripe grapes the wine-god<sup>d</sup> summons us  
 And bids us shut our well-tilled garden-plots.  
 We farmers close them, Bacchus dear, and obey  
 Thine order, and with joyful hearts thy gifts  
 We harvest and our arms on high we raise,  
 By stale old wine enfeebled, mid the throng  
 Of wanton satyrs and of two-formed<sup>e</sup> Pans.  
 Thee god of Maenalus,<sup>f</sup> who loosest cares,  
 Lord of the wine-press, thee we celebrate, 430  
 Bacchus, and summon thee beneath our roofs,  
 That in our vats the grape-juice may ferment,  
 And that our jars with much Falernian filled  
 Foaming with rich new wine may overflow.

Thus far, Silvīnus, I have sought to teach  
 The cult of gardens and to call to mind  
 The precepts taught by Maro, seer divine,  
 Who first dared to unseal the ancient founts  
 And sang through Roman towns the Ascraean lay.<sup>g</sup>

<sup>e</sup> Half men, half goats.

<sup>f</sup> A mountain of Arcadia.

<sup>g</sup> A quotation from Vergil, *Georg.* II. 175-6. Ascra was a town of Boeotia, the home of Hesiod, the earliest writer of a didactic poem on farming.

**BOOK XI**

## LIBER XI

I. Claudius Augustalis tam ingenuae naturae, quam eruditionis adolescens complurium studiosorum<sup>1</sup> et praecipue agricolarum sermonibus instigatus extudit mihi, cultus hortorum prosa ut oratione componerem. Nec me tamen fallebat hic eventus rei, cum praedictam materiam carminis legibus implicarem. Sed tibi, Publi Silvine, pertinaciter expectanti versificationis nostrae gustum, negare non sustinebam, facturus mox, si collibisset,<sup>2</sup> quod nunc aggredior, ut holitoris curam subtexerem<sup>3</sup> villici<sup>4</sup> officiis. Quae quamvis primo rei rusticae libro videbar aliquatenus executus; quoniam tamen ea simili<sup>5</sup> desiderio noster Augustalis saepius flagitabat, numerum, quem iam quasi consummaveram, voluminum excessi, et hoc undecimum praeceptum rusticationis memoriae tradidi.

<sup>1</sup> studiosorum *Gesner*: studiorum *SAR*.

<sup>2</sup> collibisset *SA*: collibuisse *a*.

<sup>3</sup> subtexerem *S*: subtexeram *A*: subtexam *R*.

<sup>4</sup> villici *R*: villicis *SA*.

<sup>5</sup> simili *AR*: similis *S*.

---

<sup>a</sup> The title Augustalis has two meanings: (1) a member of the college of priests instituted at Rome by Tiberius after the death of Augustus to supervise the worship of Augustus (*Tac. Ann. I. 54*); it consisted of twenty-one members, among whom was Claudius, afterwards Emperor, but if he were the person referred to here, he would hardly have been described

## BOOK XI

I. Claudius, a priest of Augustus<sup>a</sup> and a young man equally distinguished for his ingenuous disposition and for his erudition, encouraged by the discourses of several men of learning and especially of those interested in agriculture, extorted from me a promise to write a treatise in prose on the cultivation of gardens. Nor did this circumstance escape my memory when I was seeking to confine the said subject within the rules of poetry. But when you, Publius Silvinus, persistently demanded a taste of my versification, I could not bring myself to refuse, intending presently, if it should be your pleasure, to undertake the task on which I am now entering, namely, to append the duties of a gardener to the functions of a bailiff. Although I seemed already to some extent to have accomplished this in my first book on Agriculture, yet since my friend the priest of Augustus rather often demanded it of me with an eagerness which matches your own, I have exceeded the number of books which I had already practically completed, and have published this eleventh book of the principles of husbandry.

The duties of a bailiff.

so simply as Claudius Augustalis. (2) An order of priests who supervised the rites of Caesar-worship and other cults in the *municipia*; they were often selected from the *libertini*. No doubt the Claudius mentioned here belonged to the latter class, but, without fuller details of his name, we have no means of identifying him.

3 Villicum fundo familiaeque praeponi convenit aetatis nec primae nec ultimae. Nam servitia sic tirunculum contemnunt, ut senem: quoniam alter nondum novit opera ruris, alter exequi iam non potest; atque hunc adolescentia negligentem, senectus illum facit pigrum. Media igitur aetas huic officio est aptissima: poteritque ab annis quinque et triginta<sup>1</sup> usque in sexagesimum et quintum<sup>2</sup> si non interveniant fortuita corporis vitia, satis validi  
4 fungi muneribus agricolae. Quisquis autem destinabitur huic negotio, sit oportet idem scientissimus robustissimusque, ut et doceat<sup>3</sup> subiectos, et ipse commode faciat quae praecipit. Siquidem nihil recte sine exemplo docetur, aut discitur<sup>4</sup> praestatque villicum magistrum esse operariorum, non discipulum, cum etiam de patrefamiliae prisca moris exemplum Cato dixerit: "Male agitur cum domino,  
5 quem villicus docet." Itaque in *Oeconomico* Xenophontis, quem M. Cicero Latino sermoni<sup>5</sup> tradidit, egregius ille Ischomachus<sup>6</sup> Atheniensis rogatus a Socrate utrumne, si res familiaris desiderasset, mercari villicum tamquam fabrum, an a se instituire consueverit: "Ego vero, inquit, ipse instituo. Etenim qui me absente in meum locum substituitur, et vicarius meae diligentiae succedit, is<sup>7</sup> ea, quae ego, scire debet." Sed haec nimium prisca, et eius quidem temporis sunt, quo idem Ischomachus  
6 negabat quemquam rusticari nescire. Nos autem

<sup>1</sup> ab annis quinque et triginta *S*: et triginta (*om.* ab annis quinque) *A*: ab anno xxx *R*.

<sup>2</sup> sexagesimum et quintum *SA*: sexagesimum *R*.

<sup>3</sup> ut et doceat *S*: ut doceat *A*: ut edoceat *R*.

<sup>4</sup> discitur *R*: dicitur *S*: dicitur *A*.

<sup>5</sup> latine sermone *S*.

<sup>6</sup> scomachus *SA*.

<sup>7</sup> is *om.* *SA*.

It is fitting that a bailiff should be set over your  
3 farm and household who is neither in the first or in  
the last stage of his life. For slaves despise a novice  
as much as they despise an old man, since the former  
has not yet learned the operations of agriculture and  
the latter cannot any longer carry them out, and his  
youth makes the novice careless while his age makes  
the old man slow. Middle age, therefore, is best  
suited to this function and, if no accidental bodily  
defects intervene, a man will be able to perform the  
duties of an active enough farmer from thirty-five  
years until his sixty-fifth year. But whoever is  
4 destined for this business must be very learned in it  
and very robust, that he may both teach those under  
his orders and himself adequately carry out the in-  
structions which he gives; for indeed nothing can  
be taught or learned correctly without an example,  
and it is better that a bailiff should be the master,  
not the pupil, of his labourers. Cato, a model of  
old-time morals, speaking of the head of a family,  
said: "Things go ill with the master when his bailiff  
has to teach him." Therefore, in the *Economicus* of  
5 Xenophon,<sup>a</sup> which Marcus Cicero translated into  
Latin, that excellent man Ischomachus the Athenian,  
when asked by Socrates whether, if his domestic  
affairs required it, he was in the habit of buying a  
bailiff, as he would a craftsman, or of training him up  
himself, answered, "I train him up myself; for he  
who stands in my place in my absence and acts as a  
deputy in my activities, ought to know what I know."  
But this state of affairs dates from too long ago and  
indeed belongs to a time when the same Ischomachus  
asserted that everyone knew how to farm. But let  
6

<sup>a</sup> XII §§ 3, 4.

memores ignorantiae nostrae vigentis sensus adolescentulos corporisque robusti peritissimis agricolis commendemus. Quorum monitionibus vel unus<sup>1</sup> ex multis, (nam est difficile erudire) non solum rusticationis, sed imperandi consequatur scientiam. Quidam enim quamvis operum probatissimi artifices, imperitandi parum prudentes aut saevius aut etiam lenius agendo rem dominorum corrumpunt. Quare,  
 7 sicut dixi, docendus, et a pueritia rusticis operibus edurandus, multisque prius experimentis inspiciendus erit futurus villicus, nec solum a perdidicerit disciplinam ruris, sed an etiam domino fidem ac benevolentiam exhibeat, sine quibus nihil prodest villici summa scientia. Potissimum autem est in eo magisterio scire et aestimare, quale officium et qualis labor sit cuique iniungendus. Nam nec valentissimus possit<sup>2</sup> exequi quod imperatur, si nesciat quid agat; nec peritissimus, si sit invalidus.  
 8 Qualitas<sup>3</sup> itaque cuiusque rei consideranda est. Quippe aliqua sunt opera tantummodo virium, tanquam promovendi onera portandique: aliqua sociata viribus et arti, ut fodiendi<sup>4</sup> arandique, ut segetes et prata desecandi; nonnullis minus virium, plus artis adhibetur, sicut putationibus insitionibusque vineti: plurimum etiam scientia pollet in aliquibus, ut in pastione pecoris atque eiusdem  
 9 medicina. Quorum omnium officiorum villicus, quod

<sup>1</sup> unus *ed. pr.* : unum *R* : *om. SA.*

<sup>2</sup> possit *vel. ed.* : posset *R* : *om. SA.*

<sup>3</sup> nostrae (§ 6)—qualitas *om. SA.*

<sup>4</sup> foviendi *A.*

us, mindful of our ignorance, place young men who are mentally active and physically strong in charge of our most skilful husbandmen, by whose advice one at least out of many (for education is difficult) may attain to a knowledge not only of farming but also of commanding others; for there are some who, although they are highly approved for the manner in which they carry out their crafts, have very little skill in commanding others and ruin their masters by handling the matter with either too much severity or even too much leniency. Therefore, as I have said, your future bailiff must be taught and must be hardened from boyhood to the operations of husbandry and must be first tested by many trials to see not only whether he has thoroughly learned the science of farming but also whether he shows fidelity and attachment to his master, for, without these qualities, the most perfect knowledge possessed by a bailiff is of no use. The most important thing in this kind of superintendence is to know and estimate what duties and what tasks should be enjoined on each person; for the strongest man could not carry out an order, unless he knows what he has to do, nor the most skilful, if he lacks the strength. The nature therefore of each operation must be taken into consideration; for some tasks require strength only, such as the moving and carrying of heavy loads, others require a combination of strength and skill, as in digging and ploughing and mowing field crops and meadows; to some less strength and more skill is applied as in the pruning and grafting of a vineyard, and for some knowledge is of the chief importance, for instance, in the feeding and doctoring of cattle. Of all these tasks a bailiff cannot, 9

- iam dixi prius, aestimator bonus esse non potest, nisi fuerit etiam peritus, ut in unoquoque corrigere queat perperam factum. Neque enim satis est reprehendisse<sup>1</sup> peccantem, si non doceat recti viam. Libenter igitur eadem loquor<sup>2</sup> tam docendus est futurus villicus, quam futurus figulus aut faber. Et haud facile dixerim, num illa tanto expeditiora sint discentibus artificia, quanto minus ampla sunt.
- 10 Rusticationis autem magna et diffusa materia est, partesque si velimus eius percensere, vix numero comprehendamus. Quare satis admirari nequeo, quod primo scriptorum meorum exordio iure conquestus sum, ceterarum artium minus vitae necessariarum repertos antistites, agriculturae neque discipulos neque praeceptores inventos; nisi magnitudo rei fecerit<sup>3</sup> reverentiam vel discendi vel proficendi paene immensam scientiam, cum tamen non ideo turpi desperatione oportuerit eam negligi.<sup>4</sup>
- 11 Nam nec oratoria disciplina deseritur, quia perfectus orator nusquam repertus est; nec philosophia, quia nullus consummatae sapientiae:<sup>5</sup> sed e contrario plurimi semetipsos exhortantur vel aliquas partes earum addiscere, quamvis universas percipere non possint. Etenim quae probabilis ratio est obmutescendi, quia nequeas orator esse perfectus, aut in socordiam compelli, quia desponderis sapientiam?
- 12 Magnae rei quantulumcunque possederis, fuisse participem, non minima gloria est. Quis ergo,

<sup>1</sup> reprehendisse *R*: reprehendi *SA*.

<sup>2</sup> loquor *R*: loquatur *A*: loquitur *S*.

<sup>3</sup> fecerit *AR*: ceperit *S*.

<sup>4</sup> negligi *R*.

<sup>5</sup> sapientiae *R*: scientiae *SA*.

as I have said, be a good judge unless he has also become skilled in them, so that he can correct what has been done amiss in any one of them; for it is not enough to have reproved one who errs, if he fail to show him the way to do the task aright. Therefore I wish to say what I said before, namely, that the future bailiff must be taught his job just like the future potter or the mechanic. I could not readily state whether these trades are more quickly learnt because they have a narrower scope; but certainly the 10 subject-matter of agriculture is extensive and widespread and, if we wished to reckon up its various parts, we should have difficulty in enumerating them. I cannot, therefore, sufficiently express my surprise, as I justly complained at the beginning of my treatise,<sup>a</sup> at the fact that, while instructors can be found in the other arts which are less necessary for life, for agriculture neither pupils nor teachers have been discovered. Perhaps the magnitude of the subject has produced a feeling of awe about the learning or professing a science which has practically no limits, though it ought not for that reason be neglected in a base spirit of despair. For neither is the art of 11 oratory abandoned because no perfect orator has anywhere been found, nor philosophy, because no man of consummate wisdom has been discovered; but, on the contrary, very many people encourage themselves to acquire a knowledge of at least some parts of them, though they cannot grasp them as a whole. For what justifiable motive is there for keeping silent just because you cannot be a perfect orator, or for being driven into idleness because you despair of attaining wisdom? However little is the portion 12 which you have attained of something great, it is no

<sup>a</sup> Book I, Preface, § 5.



inquis, docebit futurum villicum, si nullus professor est? Et ego intelligo difficillimum esse ab uno velut auctore cuncta rusticationis consequi praecepta. Verumtamen ut universae disciplinae vix aliquem consultum, sic plurimos partium eius invenies<sup>1</sup> magistros, per quos efficere queas perfectum villicum. Nam et arator<sup>2</sup> reperiatur aliquis bonus, et optimus fossor, aut faeni sector, nec minus arborator et vinitor, tum etiam veterinarius et probus pastor, qui singuli rationem scientiae suae desideranti non subtrahant.

- 13 Igitur complurium agrestium formatus artibus, qui susceperit officium villicationis, in primis convictum domestici, multoque etiam magis exteri vitet.<sup>3</sup> Somni et vini sit abstinentissimus, quae utraque sunt inimicissima diligentiae. Nam et ebrioso cura officii pariter cum memoria subtrahitur; et somnulosum plurima effugiunt.<sup>4</sup> Quid enim possit aut ipse agere aut cuiquam dormiens impedire? Tum etiam sit a venereis amoribus aversus: quibus si se dederit, non aliud quidquam possit cogitare quam illud quod diligit. Nam vitis eiusmodi pellectus animus nec praemium iucundius quam fructum libidinis nec supplicium gravius quam frustrationem cupiditatis existimat.

<sup>1</sup> invenies *scripsi*: invenias *codd.*

<sup>2</sup> arator *SA*: orator *R.*

<sup>3</sup> exteri vitet *AR*: exteribit *S.*

<sup>4</sup> officiant *SAa.*

little glory to have possessed yourself of a share. Who, therefore, you say, will teach the future bailiff, if there is no professor of the art? I, too, am aware that it is very difficult to attain to a knowledge of all the precepts of agriculture from, as it were, a single authority; nevertheless, though you will find scarcely anyone acquainted with the whole art, yet you will find very many masters of parts of it, with whose help you can form the perfect bailiff. For a good ploughman can be found and an excellent digger or mower, and likewise a forester and vine-dresser, also a farrier and a good shepherd, no one of whom would refuse to impart to one desirous of learning them the principles of his art.

Therefore, when he who is to take up the duties of 13 a bailiff has been instructed in the arts of a number of different husbandmen, let him particularly avoid intimacy with members of the household and even much more with strangers. He should be most abstemious in respect of wine and sleep, both of which are quite incompatible with diligence; for as a drunkard loses his memory, so he becomes careless in his duties, and very many things escape the notice of one who is unduly given to sleep. For what can a man himself do or order someone else 14 to do, while he is asleep? Further, he should also have an aversion to sexual indulgence; for, if he gives himself up to it, he will not be able to think of anything else than the object of his affection; for his mind being effused by vices of this kind thinks that there is no reward more agreeable than the gratification of his lust and no punishment more heavy than the frustration of his desire.

Igitur primus omnium vigilet, familiamque semper ad opera cunctantem pro temporibus anni festinanter producat et strenue ipse praecedat. Plurimum enim refert colonos a primo mane opus aggredi  
 15 nec lentos per otium pigre procedere. Siquidem Ischomachus<sup>1</sup> idem ille: Malo, inquit, unius agilem atque industriam, quam decem hominum negle-  
 16 gentem et tardam operam. Quippe plurimum affert mali, si operario tricandi<sup>2</sup> potestas fiat. Nam ut in itinere conficiendo saepe dimidio maturius pervenit is, qui naviter et sine ullis cessationibus permeabit, quam is, qui cum sit una profectus, umbras arborum fonticulorumque amoenitatem vel aurae refrigerationem captavit: sic in agresti negotio dici vix potest, quid navus operarius ignavo et  
 17 cessatore praestet. Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim a prima luce familia cunctanter et languide procedat, sed velut in aliquod proelium cum vigore et alacritate animi praecedentem eum tamquam ducem strenue sequatur, variisque exhortationibus in opere ipso exhilaret laborantes: et interdum, tanquam deficienti succursurus, ferramentum auferat parumper, et ipse fungatur eius officio, moneatque sic fieri debere, ut ab ipso fortiter sit effectum.

18 Atque ubi crepusculum incesserit, neminem post se relinquat,<sup>3</sup> sed omnes subsequatur more optimi pastoris, qui e grege nullam pecudem patitur in

<sup>1</sup> scomachus *A*: comachus *S*.

<sup>2</sup> tricandi *SA*: meretricandi *R*.

<sup>3</sup> reliquerit *S*.

Therefore he should be the first of all to wake up and, according to the season of the year, always march out smartly to their work the slaves who are slow and himself walk briskly at their head; for it is of the greatest importance that farm-workers should begin work at early dawn and should not proceed slowly with it through laziness. For Ischomachus, 15 already mentioned, says: "I prefer the prompt and assiduous work of one man to the negligent and slothful work of ten."<sup>a</sup> It occasions a great deal 16 of harm if a workman be given the opportunity to trifle away his time; for as in accomplishing a journey a man who goes forward energetically without any loitering arrives by one-half earlier than he who, having set out at the same time, has kept looking out for shady trees and pleasant springs and cooling breezes; so in the business of farming it is difficult to say how far superior an active workman is to one who is lazy and a loiterer. A bailiff, therefore, must 17 watch that the slaves go out immediately at early dawn not in a dilatory and half-hearted manner, but that, like soldiers marching to some battle, with vigour and eagerness of mind they follow him energetically as he marches in front of them as their leader, and he should encourage them as they labour at their actual work with various exhortations, and from time to time, as if to aid one whose strength is failing, he should take his iron tool from him for a while and do his work for him and tell him that it ought to be carried out in the vigorous manner in which he himself has done it.

And when twilight has come on, he should leave no 18 one behind but should walk in rear of them, like a good shepherd, who suffers no member of the flock to

<sup>a</sup> Xenophon, *Oecon.*, XX. § 16.

agro relinquī. Tum vero, cum tectum subierit, idem faciat, quod ille diligens opilio: nec<sup>1</sup> in domicilio suo statim delitescat, sed agat cuiusque maximam curam; sive quis, quod accidit plerumque, sauciatus in opere noxam<sup>2</sup> ceperit, adhibeat fomenta: sive aliter languidior est,<sup>3</sup> in valetudinarium<sup>4</sup> confestim deducat, et convenientem ei  
 19 ceteram curationem adhiberi iubeat. Eorum vero, qui recte valebunt, non minor habenda erit ratio, ut cibus et potio sine fraude a cellariis praebetur, consuescatque rusticos circa larem domini focumque familiarem semper epulari; atque ipse in conspectu eorum similiter epuletur, sitque frugalitatis exemplum: nec nisi sacris diebus accubans cenet, festosque sic agat, ut fortissimum quemque et frugalissimum largitionibus prosequatur, nonnumquam etiam mensae suae adhibeat, et velit aliis<sup>5</sup> quoque honoribus dignari.

20 Tum etiam per ferias instrumentum rusticum, sine quo nullum opus effici potest, recognoscat, et saepius inspiciat ferramenta; eaque semper duplicia comparet,<sup>6</sup> ac subinde refecta custodiat, ne si quod in opere vitiatum fuerit, a vicino petendum sit; quia plus in operis servorum avocandis, quam in pretio rerum eiusmodi dependitur.

<sup>1</sup> opiloni ec *S*: oppinio nec *A*.

<sup>2</sup> noxam *R*: noxiam *Sa*: noxium *A*.

<sup>3</sup> est *Schneider*: at *SAR*.

<sup>4</sup> valetudinari *SAR*.

<sup>5</sup> alis *SA*.

<sup>6</sup> comparet *SR*: comparat *A*.

be left in the field. Then, when he has come indoors, let him act like that careful herdsman and not immediately hide himself in his house but exercise the utmost care for every one of them; and if, as generally happens, any one of them has received some hurt in the course of his work and is wounded, let him apply fomentations, or, if anyone is rather ill in some other respect, let him immediately convey him to the infirmary and order that any other treatment which is suitable to his case be applied. No less consideration  
Per hos dies eadem quae supra persequemur, possuntque, si iam librum remittunt, inseri oleae, vel emplastrari, ceteraeque pomiferae arbores  
 38 eodem emplastrationis genere inseri. Sed et prima pampinatio recte inchoatur, dum prorepentes oculi digito decuti possint.<sup>4</sup> Siqua praeterea in vineis aut fossor disturbavit, aut neglegentia omisit, diligens vinitor restituere debet, et fracta iuga considerate resarcire, aut disiectos palos reponere, ita ne teneros pampinos explantet. Eodem tempore secundi fetus pecudes signari oportet.

<sup>1</sup> se *om. SA.*<sup>2</sup> pluviam *om. SA.*<sup>3</sup> vel idus *S.*<sup>4</sup> possit *A*: possunt *Sa.*

On April 13th Libra, mentioned above, sets: 36 the weather is windy. On April 14th there is windy weather and there are showers of rains but not continually. On April 17th the sun passes into the Bull; rain is portended. On April 18th the Hyades hide themselves in the evening: rain is portended. April 21st marks the division of spring into two parts: there is rain and sometimes hail. On April 22nd the Pleiads rise with the sun: the wind is South-west or South: it is a wet day. On April 23rd Fidicula (the Lyre) appears early in the night: storm is portended. On April 28th the wind is generally in the South accompanied by rain. On April 29th the Goat rises in the morning: it is a 37 day of southerly wind: there is sometimes rain. On April 30th the Dog hides himself in the evening: a storm is portended.

During these days we shall carry on the same operations as are mentioned above; also, if they are already beginning to loosen their bark, olive-trees can be engrafted or budded, and the other fruit-trees can be engrafted by the same kind of budding. It is 38 also correct to begin the first trimming of the vines, while the "eyes" which are creeping forth can be struck off with the finger. Moreover, if a digger has disarranged anything in the vineyards or through carelessness omitted to do anything, the careful vine-dresser ought to set things right and cautiously mend any broken frame or replace poles which have been dislodged in such a way as not to pull off the young tendrils. At the same time the cattle of the second birth<sup>a</sup> ought to be branded.

<sup>a</sup> *I.e.* the young born in the second half of the previous year from dams which bear twice annually.

39 Cal. Maiis, hoc biduo<sup>1</sup> sol unam dicitur tenere particulam; Sucula cum sole exoritur. vi nonas Maias Septentrionales venti. v nonas Maias Centaurus totus apparet, tempestatem significat. iiii nonas Maias idem sidus pluviam significat. Pridie nonas Maias Nepa medius occidit; tempestatem significat. Nonis Maiis Vergiliae exoriuntur mane, Favonius. vii idus Maias aestatis initium, Favonius aut Corus,<sup>2</sup> interdum etiam pluvia. vi idus Vergiliae totae apparent, Favonius aut Corus, interdum et pluviae.<sup>3</sup> Tertio idus Maias Fidis mane oritur, significat tempestatem.

Per hos dies runcandae<sup>4</sup> segetes sunt, faenisciae instituendae. Bonus operarius prati iugerum desecat, nec minus mille ducentos manipulos unus alligat,<sup>5</sup> qui sint singuli quaternarum librarum. Arborea quoque tempus est ablaqueatas<sup>6</sup> circumfodere, et operire: una opera novellas circumfodiet arborea octuaginta, mediocres LXV,<sup>7</sup> magnas quinquaginta. 41 Hoc mense seminaria omnia crebro fodere oportet. Sed et a calendis Martiis usque in idus Septembres, omnibus mensibus non solum seminariis vineis sed etiam novellis danda fossio est. Iisdem diebus, ubi praegelidum et pluvium caelum est, oleae putantur, et emuscantur. Ceterum tepidis regionibus duobus temporibus anni facere istud oportebit, primo ab idibus Octobribus usque in idus Decembres, iterum

<sup>1</sup> viduo SA<sup>2</sup>. <sup>2</sup> chorus SAR.

<sup>3</sup> pluviae S<sup>2</sup>: pluvia AR.

<sup>4</sup> runcande A<sup>2</sup>R: nonandae S.

<sup>5</sup> alligat S: obligat AR.

<sup>6</sup> ablaqueatas R: -is SA: -us a.

<sup>7</sup> LXV AR: LXX S.

On May 1st, the sun is said to keep for this and the 39 next day in the same degree of the ecliptic: the Hyades rise with the sun. On May 2nd the winds are northerly. On May 3rd the Centaur is completely visible: a storm is portended. On May 5th the same constellation portends rain. On May 6th the middle of the Scorpion sets; a storm is portended. On May 7th the Pleiads rise in the morning: the wind is in the West. On May 9th is the beginning of summer: the wind is in the West or North-west: sometimes too there is rain. On May 10th all the 40 Pleiads are visible: the wind is in the West or North-west: sometimes too there are rains. On May 13th the Lyre rises in the morning: a storm is portended.

During these days the cornfields must be weeded and the cutting of the hay must be begun. A good labourer cuts down a *iugerum* of meadow-land and one man can likewise bind one thousand two hundred bundles of hay weighing four pounds each in a day. This is also the time for digging round trees after the soil has been loosened about them and for covering them. One labourer will dig round eighty young trees, sixty-five trees of moderate size, and fifty large ones in a day. During this month you ought fre- 41 quently to dig up all your seed-nurseries, and from March 1st to September 13th digging should be carried out every month not only in the nursery-vineyards but also in the new vineyards. During the same period, when the weather is very cold and rainy, olive-trees are pruned and cleared of moss, but in warm districts this process will have to be carried out at two seasons of the year, firstly between October 15th and December 13th and again between

ab idibus Februariis usque in idus Martias, si tamen  
 42 arbor librum non remittit. Hoc eodem mense in  
 pastinato seminario novissima positio est olearis  
 taleae,<sup>1</sup> eamque oportet, cum panxeris, fimo et  
 cinere mixtis oblinere, et superponere muscum, ne  
 sole findatur; sed hoc opus melius fiet ultima parte  
 mensis Martii, vel prima mensis April. et ceteris  
 temporibus, quibus praecipimus seminaria plantis  
 vel ramis conserere.

43 Idibus Maiis<sup>2</sup> Fidis<sup>3</sup> mane exoritur. Auster aut  
 Eurinus, interdum dies humidus. xvii calen. Iunias  
 idem quod supra. xvi et xv cal. Iunias Eurinus vel  
 Auster cum pluvia. xiv cal. Iun. sol in Geminos in-  
 troitum facit. xii calen. Iun. Suculae exoriuntur;  
 Septentrionales venti, nonnumquam Auster cum  
 pluvia. xi et x calen. Iunias Arcturus mane occidit,  
 tempestatem significat. viii et vii et vi cal. Iun.  
 Capra mane exoritur; Septentrionales venti.

44 Ab idib. usque in calend. Iunias veteranam  
 vineam priusquam florere incipiat, iterum fodere  
 oportet, eandemque<sup>4</sup> et ceteras omnes vineas  
 identidem pampinare. Quod si saepius feceris,  
 puerilis una opera iugerum vineti pampinabit. Qui-  
 busdam regionibus oves nunc tondentur, et pecoris  
 nati aut amissi<sup>5</sup> ratio accipitur. Item qui lupinum  
 stercorandi agri causa serit, nunc demum aratro<sup>6</sup>  
 subvertit.

45 Cal. Iun. et iv non. Aquila exoritur; tempestas  
 ventosa et interdum pluvia. vii idus Iun. Arcturus

<sup>1</sup> taleae *S*: tale *AR*.

<sup>2</sup> Maiis *R*: maias *SA*.

<sup>3</sup> fidis *AR*: fides *S*.

<sup>4</sup> eandemque *R*: eandem quā *SA*.

<sup>5</sup> aut amissi *R*: et mulsi *SA*.

<sup>6</sup> aratro *R*: arat po *S*: arat qua *A*.

February 13th and March 15th, provided that the  
 tree does not loosen its bark. In the same month is 42  
 the last season for planting cuttings of olive in a  
 nursery-bed which has been trenched and, when you  
 have set them, you should smear them with a mixture  
 of dung and ashes and put moss over them, so that  
 they may not be split by the sun's heat; this work,  
 however, will be better carried out in the last part  
 of March or in the first part of April and at the  
 other times at which we recommend the planting of  
 nurseries with plants or branches.

On May 15th the Lyre rises early; the wind is 43  
 South or East; it is sometimes a moist day. May  
 16th is of the same character as the day before. On  
 May 17th and 18th the wind is East or South accom-  
 panied by rain. On May 19th the Sun makes his  
 entry into the Twins. On May 21st the Hyades rise:  
 the winds are northerly or sometimes there is a South  
 wind with rain. On May 22nd and 23rd Arcturus  
 sets in the morning: a storm is portended. On  
 May 25th, 26th and 27th the Goat rises in the morn-  
 ing: the winds are northerly.

From May 15th to June 1st you should again dig 44  
 over an old-established vineyard before it begins to  
 flower, and trim it and all the other vineyards. If you  
 do this rather frequently, one boy-worker will trim  
 a *iugerum* of vineyard in a day. In some districts  
 sheep are sheared at this time, and a survey is  
 taken of the stock which has been born and that  
 which has been lost. Also he who sows lupines for  
 manuring the land now finally turns it in with the  
 plough.

On June 1st and 2nd Aquila rises: the weather is 45  
 windy and sometimes rainy. On June 7th Arcturus

occidit; Favonius aut Corus.<sup>1</sup> iv id. Iun. Delphinus vespere exoritur; Favonius; interdum rorat.

46 His diebus, si opere victi sumus, eadem, quae extremo mense Maio, facienda sunt: item omnes arbores frugiferae<sup>2</sup> circumfossae aggerari debent, ut ante solstitium id opus peractum sit. Quinetiam pro conditione regionis et caeli terra vel proscinditur vel iteratur: eaque, si est difficilis, proscinditur operis tribus, iteratur duabus, tertiat<sup>3</sup> una, lirantur<sup>3</sup> autem iugera duo opera una. At si facilis est terra, proscinditur iugerum duabus operis, iteratur una, lirantur una iugera quattuor, cum in subacta iam terra  
47 latiores porcae sulcantur. Quae ratio colligit, ut per autumnum facile possint uno iugo tritici obseri modii centum quinquaginta, ceterorumque leguminum modii centum.

Iisdem his diebus area triturae praeparanda est: ut quaeque res desecta erit, in eam conferatur. Vinearum quoque cultus, quibus maior est modus,  
48 iteratus esse debet ante solstitium. Pabulum, si facultas est, vel nunc vel etiam superioribus xv diebus, qui fuerunt ante calen. Iunii pecori praebere oportet.<sup>4</sup> A cal. autem Iunii, si iam deficit viridis herba, usque in ultimum Autumnum frondem caesam praebebis.

<sup>1</sup> chorus *SAR.*

<sup>2</sup> frugiferae *S*: fructiferae *AR.*

<sup>3</sup> linantur *SA.*

<sup>4</sup> pabulum—oportet *om. SA.*

sets: the wind is West or North-west. On June 10th the Dolphin rises in the evening: the wind is in the West: there is sometimes a dew.

During these days, if we have been overwhelmed  
46 with work, the same tasks must be carried out which should have been done at the end of May; also all fruit-bearing trees, after being dug round, ought to be earthed up, in order that this work may have been finished before the solstice. Moreover, according to local and climatic conditions, the earth is either broken up for the first time or the process is repeated. If the soil is difficult to work, it takes three labourers a day to break it up for the first time, two for the second time, and one for the third time, but two *iugera* can be harrowed by one labourer in a day; but if the soil is easy to work, a *iugerum* can be broken up for the first time by two labourers in a day, for the second time by one, while four *iugera* can be harrowed by one labourer, since broader ridges can be furrowed in soil which has been already worked. From this reckoning we can infer that in the autumn  
47 a hundred and fifty *modii* of wheat can easily be sown with a single yoke of oxen, and a hundred *modii* of any kind of pulse.

During the same days the threshing-ground must be made ready so that whatever is cut down may be brought to it. The cultivation too of those vineyards which are on an unusually large scale ought to be repeated before the solstice. Fodder, if it is avail-  
48 able, ought to be provided for cattle either now or else during the fifteen days which precede June 1st; but from June 1st if green grass is already lacking, up to the end of the autumn we shall cut and provide the foliage of trees.

- 49 Idibus Iuniis calor incipit. XIII calen. Iul. sol introitum Cancro<sup>1</sup> facit; tempestatem significat. XI calen. Iulii Anguifer, qui a Graecis dicitur *ὄφιούχος*, mane occidit, tempestatem significat. Octavo et VII et VI cal. Iulii Solstitium; Favonius et calor. Tertio cal. Iul. ventosa tempestas.
- 50 His diebus eadem, quae supra. Sed et viciam in pabulum secare oportet, priusquam siliquae<sup>2</sup> eius durentur; hordeum metere; fabam serotinam ducere; fabam maturam conterere, et paleam eius diligenter recondere, hordeum terere, paleasque omnes recondere; alveos castrare, quos<sup>3</sup> subinde nono quoque aut decimo die a<sup>4</sup> cal. Maiis considerare et curare oportet. Nunc autem si sunt pleni atque operculati favi, demetendi sunt: sin autem maiore parte vacant,<sup>5</sup> aut sine operculis adaperti<sup>6</sup> sunt, nondum esse maturos significatur: itaque mellatio est differenda. Quidam in provinciis transmarinis vel hoc vel sequente mense sesama serunt.
- 51 Calen. Iuliis Favonius, vel Auster, et calor. Quarto non. Iul. Corona occidit mane. Pridie nonas Iul. Cancer medius occidit; calor. Octavo idus Iul. Capricornus medius occidit. Septimo Idus Iul. Cepheus<sup>7</sup> vespere exoritur, tempestatem significat. Sexto<sup>8</sup> id. Iul. Prodrumi flare incipiunt.
- 52 His diebus eadem quae supra. Sed et proscissum vervactum optime nunc iteratur, et silvestris ager decrescente Luna utilissime extirpatur.

<sup>1</sup> Cancro *om. S.*<sup>2</sup> siliqua *SA.*<sup>3</sup> quas *SAR.*<sup>4</sup> a *SA*: ad *R.*<sup>5</sup> bachant *A<sup>1</sup>S*: vachant *A<sup>2</sup>.*<sup>6</sup> adaperti *R*: adoperti *A*: adopertis *S.*<sup>7</sup> Cetheus *SA*: cepheus *a.*<sup>8</sup> VI *AR*: V *S.*

On June 13th the heat begins. On June 19th the sun makes its entrance into the Crab: a storm is portended. On June 21st Serpentarius, which the Greeks call *ὄφιούχος*, sets in the morning; a storm is portended. On June 24th, 25th and 26th is the solstice: there is a West wind and it is hot. On June 29th there is windy weather.

On these days the same tasks should be performed as I mentioned above; but you must also cut tare<sup>a</sup> for fodder before its pods become hard, reap barley, pull up the late beans, crush ripe beans and store up their pods carefully, thresh the barley and store up all the chaff. You should clean out the beehives, which ought to be examined and attended to at times every ninth or tenth day from May 1st. If the honey-combs are full and sealed up, they should now be harvested, but, if they are for the most part empty and left open and unsealed, it is a sign that they are not yet ripe, and so the gathering of the honey must be postponed. In the overseas provinces some people sow sesame in this or the following month.

On July 1st the wind is West or South-west: the weather is hot. On July 4th the Crown sets in the morning. On July 6th the middle of Cancer (the Crab) sets: the weather is hot. On July 8th the middle of Capricorn sets. On July 9th Cepheus rises in the evening: a storm is portended. On July 10th the Harbinger Winds begin to blow.

During these days the tasks mentioned above must be carried on; but it is also a very good thing at this time to break up for the second time fallow land which has already been broken up once, and woodland can most advantageously be cleared of stumps while the moon is waning.

<sup>a</sup> *Vicia sativa*

Idibus Iuliis Procyon exoritur mane,<sup>1</sup> tempestatem significat. Tertiodecimo cal. Augustas<sup>2</sup> Sol in Leonem transitum facit; Favonius. Octavo calen. Augustas Aquarius incipit occidere clare; Favonius,<sup>3</sup> vel Auster. Septimo cal. Augustas Canicula apparet; caligo aestuosa. Sexto cal. Augustas Aquila exoritur. Quarto calendas Augustas Leonis in pectore clara stella exoritur; interdum tempestatem significat. Tertio calen. Augustas Aquila occidit; significat tempestatem.

54 His diebus locis temperatis et maritimis messis conficitur, et intra dies triginta quam desecta est, stramenta praecisa in acervum congeruntur. Iugerum stramentorum opera una desecat, quibus remotis priusquam sol acrior exurat terram, omnes arbores, quae fuerant in segete, circumfodere et adobruere oportet. Item quibus magna sementis

55 praeparatur, nunc debent iterare. Nam de fodiendis<sup>4</sup> colendisve novellis vineis saepius dixi nullum esse mensem omittendum, donec autumnale aequinoctium conficiatur. Meminisse autem oportebit, ut per hos et Augusti mensis dies antelucanis et vespertinis temporibus frondem pecudibus, caedamus. Item quascumque vineas culturi sumus, ne per aestum, sed mane usque in tertiam, et a decima

56 usque in crepusculum fodiamus. Quibusdam regionibus, sicut in Cilicia et Pamphylia, hoc mense

<sup>1</sup> mane *om. SA.*

<sup>2</sup> Augustas *AR*: Augustus *S.*

<sup>3</sup> *post Favonius ordinem verborum in codicibus turbatum restituit Lundström, praeeuntibus Gesnero et aliis.*

<sup>4</sup> fodiendis *om. SA.*

<sup>a</sup> Columella regards Procyon as distinct from Canicula, the Lesser Dog. The two names are generally both used for the

On July 15th Procyon<sup>a</sup> rises early; a storm is portended. On July 20th the Sun passes into the Lion: the wind is in the West. On July 25th Aquarius visibly begins to set: the wind is in the West or South. On July 26th the Lesser Dog appears: the weather is dark and sultry. On July 27th Aquila<sup>53</sup> rises. On July 29th the bright star in the breast of the Lion rises: it sometimes portends bad weather. On July 30th Aquila sets: bad weather is portended.

During these days the harvest finishes in temperate<sup>54</sup> places near the sea, and, within thirty days of the cutting of the corn, the straw which has been cut is gathered into heaps. One labourer can cut a *ugerum* of straw and, when it has been removed, and before the more violent heat of the sun burns the earth, you should dig round all the trees which were on the corn-field and heap earth about them. Also those who are preparing for a heavy sowing should plough the land for a second time. As regards dig-<sup>55</sup>ging and cultivating new vineyards I have rather often said that no month ought to be allowed to pass without doing these things, until the autumn equinox is finished. But it will have to be remembered that during these days and those of the month of August we should cut foliage for the cattle in the hours before daylight and in the evening. Also any vineyards which we intend to cultivate we must remember not to dig during the heat but in the early morning till the third hour of the day and from the tenth hour till dusk. In some districts, such as Cilicia and<sup>56</sup> Pamphylia, sesame is sown in this month; but in

Lesser Dog: *cf. Cicero, N.D. II. 44. 114. Antecanem Procyon Graio qui nomine fertur, and Pliny, XVIII. § 268.*

sesama seruntur: Italiae autem regionibus humidis possunt ultimo mense Iunio seri. Quinetiam tempus est ficulneis arboribus caprificum suspendere; quod quidam existimant idcirco fieri debere, ne fructus decidat, et ut celerius ad maturitatem perveniat.

57 Calen. Augustis; Etesiae. Pridie non. Augusti Leo medius exoritur, tempestatem significat. vii id. Augusti Aquarius occidit medius, nebulosus aestus. Pridie idus Aug. Fidis occidit mane, et Autumnus incipit.

His diebus eadem quae supra. Nonnullis tamen locis favi demetuntur: qui si non sunt melle repleti nec operculati, differenda est in mensem Octob. mellatio.

Idib. Augustis Delphini occasus tempestatem significat. xix calen. Septemb. eiusdem sideris matutinus occasus tempestatem significat. xiii cal. Septemb. sol in Virginem transitum facit. Hoc et sequenti die tempestatem significat, interdum et tonat. Hoc eodem die Fidis occidit. Decimo cal. Septemb. ex eodem sidere tempestas plerumque oritur, et pluvia. vi cal. Septemb. Vindemiator exoritur mane, et Arcturus incipit occidere; interdum pluvia. iii cal. Septemb. humeri Virginis exoriuntur: Etesiae desinunt flare, et interdum hiemat. Pridie cal. Septemb. Andromeda vespere<sup>1</sup> exoritur; interdum hiemat.

59 His quidem diebus arbores ficorum inoculantur; quod genus insitionis emplastratio vocatur. Idque licet vel commodius facere superiore mense post idus

<sup>1</sup> vespere *S*: vesper *A*: vesperi *R*.

the damp regions of Italy it can be done in the last part of the month of June. It is, moreover, the time to hang branches of the wild fig on the fig-trees, which some people think ought to be done to prevent the fruit from falling off and that it may come more quickly to maturity.

August 1st the Etesian winds blow. On August 4th the middle of the Lion rises: a storm is portended. On August 7th the middle of Aquarius 57 sets: the weather is foggy and hot. On August 12th the Lyre sets in the early morning and autumn begins.

On these days the same tasks as are mentioned above are carried out; but in some places the honeycombs are gathered in, but if they are not full of honey nor sealed up, the honey-harvest must be put off till the month of October.

On August 13th the setting of the Dolphin is a sign of a storm. On August 14th the morning setting of the same constellation is a sign of a storm. On 58 August 20th the Sun passes into Virgo: on this and the following day a storm is portended: sometimes it thunders; on the same day the Lyre sets. On August 23rd, as the effect of the same constellation, a storm generally springs up and there is rain. On August 26th the Vintager rises in the morning; and Arcturus begins to set: it sometimes rains. On August 30th the shoulders of Virgo appear: the Etesian winds cease to blow and the weather is sometimes stormy. On August 31st Andromeda 59 rises in the evening: it is sometimes stormy.

During these days fig-trees are inoculated: this kind of grafting is called "emplastratio."<sup>a</sup> This may be more conveniently done in the previous

<sup>a</sup> See Book V. 11.



Iul. quo tempore etiam aliarum arborum nonnulli  
 60 emplastrationem faciunt. Quibusdam locis, ut in  
 Baetica maritimis regionibus, et in Africa vindemia  
 conficitur. Sed frigidioribus regionibus pulverati-  
 onem faciunt, quam vocant rustici occationem, cum  
 omnis gleba in vineis refringitur et solvitur<sup>1</sup> in  
 pulverem. Hoc eodem tempore prius quam vineae  
 pulverentur, si perexilis est terra, vel rara<sup>2</sup> ipsa  
 vitis, lupini modii tres vel quattuor in singula iugera  
 sparguntur, et ita innocantur; qui, cum fruticaverint,<sup>3</sup>  
 prima tum fossione conversi satis bonum stercus  
 61 vineis praebent. Multi etiam, si pluvius est status  
 caeli, sicut<sup>4</sup> suburbana regione Italiae, pampinis  
 vitem spoliant, ut percoqui fructus possint, nec  
 putrescere imbribus. At e contrario locis calidi-  
 oribus, ut modo nominatis provinciis, circa vinde-  
 miam adumbrantur vel stramentis<sup>5</sup> vel aliis tegu-  
 mentis uvae, ne ventis aut caloribus exarescant.  
 62 Hoc idem tempus est aridis uvis ficisque conficiendis,  
 de quibus quemadmodum passae fiant, suo loco  
 dicemus, cum villicae persequemur officia. Filix  
 quoque aut carex, ubicunque nascitur, Augusto  
 mense recte extirpatur, melius tamen circa idus  
 Iulias ante Caniculae exortum.

Calend. Septembribus calor. Quarto nonas Sep-  
 63 temb. Piscis austrinus desinit occidere, calor.  
 Non. Septemb. Arcturus exoritur, Favonius, vel  
 Corus.<sup>6</sup> VII idus Septemb. Piscis aequilonius desinit

<sup>1</sup> solvitur *SAa*: resolvitur *R*.

<sup>2</sup> terra vel rara *Schneider*: vel terra vel *SA*: vel rara vel *R*.

<sup>3</sup> fructificaverunt *R*.

<sup>4</sup> sicut *AR*: suicui *S*.

<sup>5</sup> *Post* stramentis *add.* vel is *SA*.

<sup>6</sup> chorus *SAR*.

month after July 15th, at which time some people  
 carry out the "emplastration" of other trees also.  
 In some places, for instance in Baetica in the coastal 60  
 regions and in Africa, the vintage is finished; but  
 in the colder districts they carry out the pulverization  
 of the soil, which the farmers call harrowing, when all  
 the clods in the vineyards are broken up and reduced  
 to powder. In the same period, before the vine-  
 yards are pulverized, if the soil is very thin or the  
 vine itself scanty, three or four *modii* of lupine-seed  
 are scattered on each *iugerum* and then harrowed in;  
 these when they have sprouted, having then been  
 turned under with the first digging, provide the vines  
 with quite good manure. Many people also, if the 61  
 climatic conditions are rainy, as in the district of  
 Italy near the capital, strip the vines of their tendrils,  
 so that the fruit may be able to ripen and not be  
 rotted by the rain. But in warmer places, on the  
 contrary, as in the provinces named just now, about  
 the time of the vintage the grapes are shaded either  
 with straw or some other covering, so that they may  
 not be dried up by the winds or the heat. This is 62  
 also the season for making raisins and dried figs;  
 how they are to be dried, we will describe in the  
 proper place, when we treat of the duties of the  
 bailiff's wife.<sup>a</sup> It is also right to uproot ferns and  
 sedge, wherever they grow, during the month of  
 August; it had better, however, be done about July  
 15th before the rising of the Dogstar.

On September 1st the weather is hot. On Septem- 63  
 ber 2nd the Southern Fish ceases to set: the  
 weather is hot. On September 5th Arcturus rises:  
 the wind is West or North-west. On September

<sup>a</sup> Book XII. 15.

occidere, et Capra exoritur, tempestatem significat. Tertio idus Septembris Favonius aut Africus, Virgo media exoritur.

64 His diebus locis maritimis et calidis vindemia et cetera, quae supra scripta sunt, commode administrantur. Iteratio quoque arationis peracta esse debet, si serius terra proscissa est. Sin autem celerius, etiam tertiatum<sup>1</sup> solum esse convenit. Hoc etiam tempore qui consueverunt vina condire, aquam marinam praeparant, et advectam decoquant: de qua conficienda praecipiam, cum villicae officia exsequar.<sup>2</sup>

65 Id. Sept. ex pristino sidere nonnumquam tempestatem significat. xv cal. Oct. Arcturus exoritur; Favonius aut Africus, interdum Eurus, quem quidam Vulturum appellant. xiv cal. Oct. spica Virginis exoritur; Favonius, aut Corus.<sup>3</sup> xiii cal. Octob. sol in Libram transitum facit, Crater matutino tempore apparet. xi cal. Oct. Pisces occidunt mane, item 66 Aries occidere incipit; Favonius aut Corus,<sup>4</sup> interdum Auster cum imbribus. x cal. Octob. Argo navis occidit; tempestatem significat, interdum pluviam. Nono cal. Octob. Centaurus incipit mane oriri; tempestatem significat, interdum et pluviam.<sup>5</sup> Octavo cal. Octob. et septimo et sexto Aequinoctium autum-

<sup>1</sup> tertiatum *a*: tertia cum *SA*.

<sup>2</sup> exequar *R*: persequar *SAA*.

<sup>3</sup> chorus *SAR*.

<sup>4</sup> chorus *SAR*.

<sup>5</sup> interdum et pluviam *om. S*.

7th the Northern Fish ceases to set, and the She-goat rises: bad weather is portended. On September 11th the wind is West or South: the middle of Virgo rises.

During these days, in places which are near the sea 64 and warm, the vintage and the other operations mentioned above are fittingly accomplished. Also, if the ground was broken up for the first time rather late, a second ploughing ought to be carried out; but if it was broken up too early even a third ploughing can be given to the soil with advantage. At this time too those who have been in the habit of seasoning wines provide themselves with sea-water and, when they have brought it, boil it; about the way to prepare it I will give instructions when I deal with the duties of the bailiff's wife.<sup>a</sup>

On September 13th a storm is sometimes portended 65 from the effect of the constellation of the Whale. On September 17th Arcturus rises: the wind is West or South, but sometimes East, which some people call Vulturum.<sup>b</sup> On September 18th the *Spica Virginis*<sup>c</sup> rises: the wind is West or North-west. On September 19th the Sun passes into the Balance: the Bowl appears in the morning. On September 21st the Fishes set early in the morning, also the Ram begins to set: the wind is West or North-west, sometimes South accompanied by rain-showers. On September 22nd the ship Argo sets: 66 a storm is portended, sometimes rain. On September 23rd the Centaur begins to rise early in the morning: a storm is portended, sometimes also rain. On September 24th, 25th, and 26th the autumnal

<sup>a</sup> The ear of corn in the left hand of Virgo and the brightest star in that constellation.

<sup>a</sup> Book XII. 19 ff.

<sup>b</sup> So-called from Vultur, a mountain in Apulia. Strictly speaking it is a S.E. by one-third S. wind.

nale<sup>1</sup> pluviam significat. Quinto cal. Oct. Haedi exoriuntur; Favonius, nonnumquam Auster cum pluvia. Quarto cal. Octob. Virgo desinit oriri; tempestatem significat.

67 His diebus vindemiae pluribus<sup>2</sup> regionibus fiunt, quarum maturitatem alii aliter interpretati sunt. Quidam cum vidissent partem aliquam uvarum virescere, crediderunt tempestivam esse vindemiam: quidam cum coloratas et perlucidas uvas animadvertissent: nonnulli etiam cum pampinos ac folia decidere considerassent. Quae omnia fallacia sunt: quoniam immaturis uvis eadem omnia possunt  
68 accidere propter intemperiam solis aut anni. Itaque nonnulli gustu explorare maturitatem tentarunt, ut sive dulcis esset sapor uvae, sive acidus, proinde aestimarent. Sed et haec ipsa res habet aliquam fallaciam. Nam quaedam genera uvarum numquam dulcedinem capiunt propter austeritatem  
69 nimiam. Itaque optimum est, quod nos<sup>3</sup> facimus<sup>4</sup> ipsam naturalem contemplare maturitatem. Naturalis autem maturitas est, si cum expresseris vinacea, quae acinis celantur, iam infuscata, et nonnulla propemodum nigra fuerint. Nam colorem nulla res vinaceis potest afferre, nisi naturae maturitas, praesertim cum ita in media parte acinorum sint ut<sup>5</sup>  
70 et a sole et a ventis protegantur, humorque ipse non patiatur ea praecoqui,<sup>6</sup> aut infusari, nisi suapte natura. Hoc igitur cum exploratum habuerit villi-

<sup>1</sup> autumnale *om. SA.*

<sup>2</sup> plurimis *SA*: plurimi *A*: pluribus *R.*

<sup>3</sup> nos *R*: non *SA.*

<sup>4</sup> fecimus *SAa*: facimus *R.*

<sup>5</sup> ut *R*: *om. SAa.*

<sup>6</sup> precoqui *a*: precipi *SR*: precipia *A.*

equinox portends rain. On September 27th the Kids rise: the wind is West, sometimes South accompanied by rain. On September 28th Virgo ceases to rise: a storm is portended.

During these days the vintage takes place in most 67 districts, different people having inferred from different signs that the grapes are ripe. Some people have thought that the time for the vintage has come when they have seen that some part of the grapes is becoming green, others when they have noticed that the grapes are highly coloured and transparent, still others when they have observed that the tendrils and foliage are falling. All these signs are deceptive, because all the same things may happen to unripe grapes owing to the excessive heat of the sun or the inclemency of the time of year. Some people there- 68 fore have attempted to test the ripeness of grapes by tasting them, so that they might judge thereby whether their flavour is sweet or acid. But this method also has some deception about it, for some kinds of grapes never acquire any sweetness because of their excessive harshness. It is best, therefore, to 69 do what we do and to consider the natural ripeness in itself. There is natural ripeness if the grape-stones which are hidden in the berries, when you press them out, are already dusky in colour. and, in some cases, almost black; for nothing can give colour to the grape-stones except nature's own ripeness, especially as they are situated in the middle of the berries, so that they are protected from the sun and the winds, and the moisture itself does not allow them to be ripened prematurely or to turn to a dusky colour except by a natural process of their own. There- 70 fore, when the bailiff has assured himself on this point,

cus, sciet vindemiam sibi esse faciendam. Sed antequam fructum cogere incipiat, cuncta praeparanda erunt superiore si fieri possit mense : si minus, certe ut ante quindecim dies dolia partim picata, partim defricata et diligenter lauta marina, vel aqua salsa et  
 71 recte siccata; tum et opercula colaque et cetera, sine quibus probe confici mustum non potest; torcularia vero, et fora diligenter emundata lautaque, et si res ita exegerit, picata<sup>1</sup>; praeparataque habeat ligna, quibus defrutum et sapam decoquat. Tum etiam salem atque odoramaenta, quibus condire vina consueverit, multo ante reposita esse oportet.

Nec tamen haec cura totum avocet eum a cetera ruris cultura. Nam et napinae itemque rapinae siccanis locis per hos dies fiunt. Farraginarum quoque pecori futura per hiemem praesidio, itemque siliqua, quod rustici faenum Graecum vocant, nec minus in  
 72 pabulum vicia nunc demum conseruntur. Tum etiam lupini haec<sup>2</sup> erit praecipua satio, quem quidam vel ab area protinus in agrum deferri putant oportere. Milium et panicum hoc tempore demittitur, quo faseolus<sup>3</sup> ad escam seritur. Nam ad percipiendum semen ultima parte Octobris circa calendas Novembres melius obruitur. Quare cum haec cuncta in agris exsequi debeat, possit eorum curam, quae

<sup>1</sup> picta *A.*                    <sup>2</sup> haec vel hec *R*: hac *SA.*

<sup>3</sup> faseolus *R*: passolus *SA.*

he will know that the vintage must be carried out. But before he begins to collect the fruit, all preparations must, if possible, be made in the previous month; if not, he must at any rate see that the wine-jars are some treated with pitch and others scoured and carefully washed with sea-water or salted water and properly dried fifteen days beforehand, and also the lids and strainers and all the other  
 71 things, without which must cannot be properly made. He must prepare the wine-presses and tubs which have been carefully cleaned and washed and, if necessary, treated with pitch, and the bailiff should have in readiness firewood which he may use for boiling down the must to a third or half its original volume. Also salt and spices, which he has been accustomed to use in the seasoning of wine, ought to be stored up in good time beforehand.

Nevertheless his attention to this task must not call him wholly away from the other departments of agriculture; for during these days beds for navews and turnips are made in naturally dry places. Mixed fodder also, which will be a great stand-by for the cattle in the winter, and the pods which the country-folk call fenugreek and likewise tares are now sown for fodder. Also the principal sowing of lupine will  
 72 take place at this time, which some people think ought to be brought straight from the threshing-floor to the field. Common and Italian millet are reaped at this time when the calavance is sown for food; for in order to obtain seed from it, it is better to cover it up in the ground at the end of October towards November 1st. Since all these tasks have to be performed in the fields, the bailiff ought to delegate the superintendence of those

intra villam facienda sunt, villicae delegare: ita tamen, ut ipse consideret an recte facta sint.

Cal. Octobribus, et sexto non. interdum tempestatem significat. Quarto non. Octobris Auriga occidit mane, Virgo desinit<sup>1</sup> occidere; significat nonnumquam tempestatem. Tertio non. Octobris Corona incipit exoriri, significat tempestatem. Pridie non. Octobris Haedi oriuntur vespere; Aries medius occidit; Aquilo. Octavo id. Octobris Coronae clara stella exoritur. Sexto id. Octobris Vergiliae exoriuntur vespere; Favonius, et interdum Africus cum pluvia. Tertio et pridie idus Octobris Corona tota mane exoritur, Auster hibernus, et nonnumquam pluvia.

Per hos dies frigidis regionibus vindemia et cetera, quae supra scripta sunt, fieri solent, iisdemque regionibus frumenta<sup>2</sup> matura seruntur, et praecipue far adorem. Locis etiam opacis triticum nunc recte seritur. Et quoniam sementis mentionem fecimus, non intempeste quantum cuiusque seminis iugerum agri recipiat referemus. Iugerum agri recipit tritici modios quattuor vel quinque, farris adorei modios novem vel decem, hordei modios<sup>3</sup> quinque vel sex, milli vel panici<sup>4</sup> sextarios quattuor vel quinque, lupini modios octo vel decem, phaseli<sup>5</sup> modios quattuor, pisi modios tres vel quattuor, fabae modios sex, lentis modium unum<sup>6</sup> vel paulo amplius, lini seminis modios octo vel decem, cicerculae modios tres vel quattuor, ciceris modios tres vel quattuor, sesami sextarios quattuor vel quinque, viciae

<sup>1</sup> desint *S.*

<sup>2</sup> isdemque regionibus frumenta *R*: isdem frumenta quae regionibus *SA*.

<sup>3</sup> novem—modios *om. SA*.

<sup>4</sup> vel panici *om. SA*.

which have to be carried out within the farm buildings to his wife, but under such conditions that he can himself observe whether they are properly done.

On October 1st and 2nd bad weather is sometimes portended. On October 4th the Wagoner sets early<sup>73</sup> in the morning and Virgo ceases to set: bad weather is sometimes portended. On October 5th the Crown begins to rise: bad weather is portended. On October 6th the Kids rise in the evening: the middle of Aries sets: the wind is in the North-east. On October 8th the bright star of the Crown rises. On October 10th the Pleiads rise in the evening:<sup>74</sup> the wind is in the West and sometimes in the South-west accompanied by rain. On October 13th and 14th the whole of the Crown rises in the early morning: there is a stormy South wind and sometimes rain.

During these days in cold regions the vintage usually takes place and the other operations described above, and in the same regions the early-ripe cereals are sown, particularly two-grained wheat; also in shady places it is the right time to sow emmer-wheat. And since we have mentioned sowing, it will not be out of place if we state what quantity of each kind of seed a *iugerum* of land takes. A *iugerum*<sup>75</sup> of land takes four or five *modii* of bread-wheat, nine or ten of emmer-wheat, five or six of barley, four or five of common millet or Italian millet, eight to ten of lupines, four of calavance, three or four of peas, six of broad-beans, one or a little more of lentils, eight to ten of linseed, three or four of chickling-vetch, four or five *sextarii* of sesame, seven or eight

<sup>5</sup> faseli *SA*: faseoli *R*.

<sup>6</sup> unum *om. SA*.

pabularis modios septem vel octo,<sup>1</sup> viciae seminalis modios quinque vel sex, ervi modios quattuor vel quinque, farraginis hordeaceae modios septem vel octo, siliquae modios sex. Medicae singulos cyathos<sup>2</sup> serere oportet in areolis longis pedum denum, latis pedum<sup>3</sup> quinum. Cannabis grana sex in pede quadrato ponuntur.

- 76 Idibus Octobribus et sequenti biduo interdum tempestas,<sup>4</sup> nonnunquam rorat, tantummodo; Iugulae exoriuntur vespere.<sup>5</sup> Quarto et decimo calendas
- 77 Novembres sol in Scorpionem transitum facit. Ter-tiodesimo et duodesimo calendas Novembris solis exortu Vergiliae incipiunt occidere; tempestatem significat. Undecimo calendas Novembres Tauri cauda occidit; Auster, interdum pluvia. Octavo calendas Novembres Centaurus exoriri mane desinit;
- 78 tempestatem significat. Septimo calendas Novembres Nepae frons exoritur; tempestatem significat. Quinto calendas Novembres Vergiliae occidunt; hiemat cum frigore et gelicidiis. Quarto calendas Novembres Arcturus vespere occidit; ventosus dies. Tertio calendas Novembres et pridie Cassiopea incipit occidere; tempestatem significat.
- 79 Per hos dies quaecunque semina differri debent, arbusculaeque omnis generis recte ponuntur. Ulmi quoque vitibus recte maritantur, ipsaeque vites in arbustis et vineis commode propagantur. Seminaria runcare et fodere tempus est, tum etiam arbores ablaqueare, nec minus vineas, easdemque putare, itemque in arbustis vitem deputare. Se-

<sup>1</sup> octo *om. Sa.*

<sup>2</sup> qui ad hos *S*: quiathos *A.*

<sup>3</sup> denum latis pedum *om. SA.*

<sup>4</sup> tempestas *R*: temperat *S*: temperatas *A.*

*modii* of tares for fodder, five or six of seed-vetch, four or five of bitter vetch, seven or eight of mixed barley, six of fenugreek. A *cyathus* of medic should be sown in beds ten feet long and five feet broad, and six grains of hemp-seed are planted in a square foot of ground.

On October 15th and the two following days there<sup>76</sup> is sometimes bad weather: occasionally dew falls: Orion's Belt rises in the evening. On October 20th<sup>77</sup> the Sun crosses into the Scorpion. On October 20th and 21st at the rising of the Sun the Pleiads begin to set: a storm is portended. On October 22nd the tail of the Bull sets: the wind is in the South and there is sometimes rain. On October 25th the Centaur ceases to rise in the morning: a storm is portended. On October 26th the fore-<sup>78</sup>head of the Scorpion rises: a storm is portended. On October 28th the Pleiads set: the weather is wintry with cold and frosts. On October 29th Arcturus sets in the evening: it is a windy day. On October 30th and 31st Cassiopea begins to set: bad weather is portended.

During these days it is the proper thing that any<sup>79</sup> seedlings which ought to be transplanted and shrubs of every kind be placed in position. It is also correct to mate the elms with the vines and it is a convenient time to propagate the vines themselves both where they are supported by trees and in vineyards. It is the time to weed and dig up the nurseries and to dig up the earth round the trees and likewise in the vineyards and also to prune them and to cut back the vines which are supported

<sup>5</sup> tantummodo iugulae exoriuntur vespere *S*: *om. R.*

minaria, quae suo tempore pampinata non sunt, arbusculaeque<sup>1</sup> ficorum in seminariis<sup>2</sup> putari et ad singulos stilos redigi debent: quae tamen melius dum tenerae sunt, per germinationem pampinantur. Sed cum omnia in agricultura strenue facienda sint, 80 tum maxime videntur. Vetus est agricolarum proverbium, maturam sationem saepe decipere solere, seram nunquam, quin mala sit.<sup>3</sup> Itaque in totum praecipimus: ut quisque natura locus frigidus erit, is primus<sup>4</sup> conseratur; ut quisque calidus, novissimus.

81 Vicia et faba verterare agrum dicuntur. Lupinum nisi in flore verteris,<sup>5</sup> nihil agrum stercoveris. Sed nec ulla res magis vacuis operariis<sup>6</sup> aut seritur, aut conditur. Nam et primis temporibus ante ullam sementem possit<sup>7</sup> id obrui, et novissimis post 82 coactos fructus tolli. Sementi facta innocare oportet, quod sparseris. Duo iugera tres operae commode occubunt, arboresque quae intererunt ablaqueabunt; quamvis antiqui singulis<sup>8</sup> operis singula iugera sarriri et occari velint: quod an recte fieri possit, affirmare non ausim.

83 Eodem tempore fossas rivosque<sup>9</sup> purgare, et elices sulcosque aquarios facere convenit. Iisdem temporibus si sit, fraxineam; si minus, orneam; si nec haec sit, iligineam frondem bubus recte praebibimus. Glandis quoque non inutile est singulis

<sup>1</sup> arbusculaeque *A*: arbuscula quae *S*.

<sup>2</sup> seminariis *SA*. <sup>3</sup> sit *R*: sint *SA*.

<sup>4</sup> primus *S*: primis *A*.

<sup>5</sup> verteris *om. A*.

<sup>6</sup> operaris *S*: operis *A*.

<sup>7</sup> possis *Lundström*: possit *SAR*.

<sup>8</sup> singulis *SR*: similis *A*.

<sup>9</sup> rivosque *vett edd.*: rivos *SAR*.

by trees. The nurseries which have not been trimmed at the proper time, and small fig-trees growing in nurseries, ought to be pruned and reduced to single stems; these, however, while they are young, are better trimmed when they are budding. While every operation of agriculture ought to be performed with alacrity, this is especially true of sowing. It is an old proverb among husbandmen that early 80 sowing is often apt to deceive us, late sowing never—it is always a failure. And so our advice on the whole is that the ground which is naturally coldest should be sown first, that which is warmest last.

Tares and beans are said to manure the ground; 81 but unless you turn in lupines when they are in flower, you will not manure the ground at all. There is nothing more commonly sown or stored than lupines by labourers who have nothing to do, for they can be put into the ground at the beginning of the sowing-time before any other seed and can be taken up last of all when the fruits have been gathered in. After 82 you have sown your seed, you ought to harrow in what you have scattered. Three labourers will easily harrow two *iugera* a day and dig round the trees which grow among the crops, though the ancients would have it that labourers could each hoe and harrow a *iugerum* a day; but I would not venture to assert whether it could be properly done.

During the same period it is proper to clean out the ditches and channels and make drains and gutters for the water. At the same season we shall do well to 83 provide the oxen with ash leaves, if we have them, but, if not, with mountain-ash leaves, and, if we have not these either, with holm-oak leaves. It is also not amiss to give each yoke of oxen one *modius* of

ugis modios singulos dare: nec tamen amplius, ne laborent, nec minus diebus xxx praeberis. Nam si paucioribus diebus datur, ut ait Hyginus, per ver<sup>1</sup> scabiosi boves fiunt. Glans autem paleis immiscenda est, atque ita bubus apponenda. Tum etiam silvam si quis barbaricam, id est consemineam velit facere, recte conseret glandibus et ceteris seminibus. Tum et olea destringenda est, ex qua velis viride oleum efficere; quod fit optimum ex varia oliva, cum incipit nigrescere.<sup>2</sup> Nam acerbum nisi ex alba olea fieri non debet.

84 Calen. Novembribus et postridie caput Tauri occidit; pluviam significat. III non. Novembres Fidicula mane exoritur; hiemat et pluit. VIII idus Novembres idem sidus totum exoritur; Auster vel Favonius; hiemat. VII idus Novembres tempestatem significat et hiemat. Sexto idus Novembres Vergiliae mane occidunt, significat tempestatem; hiemat. Quinto idus Novembres stella clara Scorpionis exoritur; tempestatem significat; vel Vulturinus; interdum rorat. IV idus Novembres hiemis initium, Auster, aut Eurus, interdum rorat.

85 His diebus usque in idus, quae superiore mense facere non potueris,<sup>3</sup> adhuc tolerabiliter efficies. Sed et proprie hoc observabis, ut pridie, quam plenilunium sit; si minus, certe ipso plenilunio

<sup>1</sup> per ver *R*: *pervi a*: *om. SA*.

<sup>2</sup> incipit nigrescere *Sa*: incipit increscere *R*: incipiunt crescere *A*.

<sup>3</sup> poteris *SA*.

mast; but do not provide them with more than this, lest they fall sick, nor for a shorter period than thirty days, for if it is given for fewer days than this (so Hyginus<sup>a</sup> tells us) the oxen become scabby in the spring. Now the mast should be mixed with chaff and then put before the oxen. At this time too if anyone is minded to make a wilderness, that is a wood where various trees are planted together, he will do well to plant it with acorns and seeds of the other trees. At this time too olive-trees should be stripped if you wish to make green oil from them; it is best made from speckled berries when they begin to turn black, for bitter oil ought not to be made except from white olives.

On November 1st and the following day the head 84 of Taurus sets; rain is portended. On November 3rd the Little Lyre rises in the morning; it is wintry weather and there is rain. On November 6th the whole of the same constellation rises: the wind is South or West, and the weather wintry. On November 7th a storm is portended; the weather is wintry. On November 8th the Pleiads set in the morning; a storm is portended and the weather is wintry. On November 9th the bright star of the Scorpion rises: a storm is portended, or the wind is South-east: sometimes there is a fall of dew. On November 10th is the beginning of winter, the wind is South or South-east: sometimes there is a fall of dew.

During these days up to November 13th you will 85 still be able to carry out tolerably well the tasks which you could not do in the previous month. But you will take care in particular, that on the day before full moon, or, if not, at any rate on the day of the

<sup>a</sup> See note on Book I. l. 13.



omnem, quam saturus es, fabam uno die spargas: <sup>1</sup> sed postea licebit ab avibus et pecore defensam obruas: eamque, si ita competierit lunae cursus, ante idus Novembres occatam habeas quam pinguisimo et novo loco: si minus, quam stercoratisimo.

86 Satis erit in singula iugera vehes stercoris comportare numero decem octo. Vehis autem stercoris una <sup>2</sup> habet modios octoginta. Ex quo colligitur, oportere in denos quoquoversus pedes modios quinos <sup>3</sup> stercoris spargere. Quae ratio docet universo iugero

87 satisfacere modios mccccxl. Tum etiam convenit oleas ablaqueare, et si sunt parum fructuosae vel cacuminibus retorridae frondes, magnis arboribus quaternos modios stercoris caprini circumspargere, in ceteris autem pro magnitudine portionem servare: eodem tempore vineis ablaqueatis columbinum stercus ad singulas vites, quod sit instar unius sextarii, vel urinae hominis congios, vel alterius generis quaternos sextarios stercoris infundere. Iugerum vinearum in senos pedes positaram duae operae ablaqueant.

88 Idibus Novembribus dies incertus tamen placidus. Sextodecimo calendas Decembres Fidis <sup>4</sup> exoritur mane; Auster, interdum Aquilo magnus. Quintodecimo calendas Decembres Aquilo, interdum Auster cum pluvia. Quartodecimo calendas Decembres sol in Sagittarium transitum facit; Suculae mane oriuntur, tempestatem significat. Duodecimo calendas Decembres Tauri cornua vesperi occidunt;

89 Aquilo frigidus, et pluvia. Undecimo calendas

full moon itself, you scatter on the same day all the beans which you intend to sow; afterwards you may cover them up with earth as a protection against birds and cattle, and, if the course of the moon shall fall suitably, have them harrowed before November 13th in ground which is fresh and as rich as possible and, if not, in soil as well manured as possible. It will be 86 enough to cart eighteen loads of dung to each *iugerum*. Now one load of dung consists of eighty *modii*, from which it can be inferred that you ought to scatter five *modii* of dung over an area measuring ten feet each way. This calculation shows us that one thousand four hundred and forty *modii* are enough for a whole *iugerum*. At this time it is also proper to dig round the olive-trees and, if they are not fruitful 87 enough, or if the foliage on their tops is shrivelled up, you ought to sprinkle four *modii* of goat's dung around each big tree and observe the same proportion for the others according to their size. At the same time, after the vineyards have been dug up, you ought to pour what amounts to one *sextarius* of pigeon's dung on each vine, or a *congus* of human urine or four *sextarii* of some other kind of dung. Two labourers in one day dig up a *iugerum* of vines planted six feet apart.

November 13th is an uncertain day: it is oftener 88 calm than not. On November 16th the Lyre rises in the morning: the wind is South, though sometimes it is strong North-east. On November 17th the wind is from the North-east, sometimes from the South accompanied by rain. On November 18th the Sun makes its entry into Sagittarius: the Hyades rise in the morning: a storm is portended. On November 20th the horns of the Bull set in the evening: there is a cold North-east wind and rain. On November 89

<sup>1</sup> spargas R: peragas SA.

<sup>2</sup> una S: uno A: om. R.

<sup>3</sup> quinos R: quinque SAA.

<sup>4</sup> fidis R: fides SA.

Decembres Sucula mane occidit, hiemat. Decimo calend. Decembres Lepus occidit mane, tempestatem significat. Septimo calend. Decembres Canicula occidit solis ortu, hiemat. Pridie calendas Decembres totae Suculae occidunt; Favonius aut Auster, interdum pluvia.

90 His diebus, quae praeterita erunt superioribus, opera consequi oportebit.<sup>1</sup> Et, si non plurimum serimus, optimum est intra calendas Decembres sementem fecisse.<sup>2</sup> Sed etiam longis noctibus ad diurnum<sup>3</sup> tempus aliquid adiciendum est. Nam multa sunt, quae in lucubratione recte agantur,<sup>4</sup> Sive enim vineas possidemus, pali et ridicae possunt dolari exacuique:<sup>5</sup> sive regio ferulae vel corticis ferax est, apibus alvaria fieri debent: sive palmae spartive fecunda est, fiscinae sportaeque: seu  
91 virgultorum, corbes ex vimine. Ac ne cetera nunc persequar, nulla regio non aliquid affert, quod ad lucubrationem confici possit. Nam inertis est agricolae expectare diei brevitatem, praecipue in iis regionibus, in quibus brumales dies horarum novem  
92 sunt, noctesque horarum quindecim. Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgari, et ad vitium ligamina praeparari. Quae si natura minus lenta est, ante dies quindecim praecidenda, et purgata in stercore obruenda est, ut lentescat. Sin autem iam pridem<sup>6</sup> caesa exaruit, in piscina maceranda est. Tum etiam per lucubrationem ferra-

21st one of the Hyades sets in the morning: the weather is wintry. On November 22nd the Hare sets in the morning: a storm is portended. On November 25th the Dog-star sets at sunrise: the weather is wintry. On November 30th the Hyades set completely: the wind is from the West or the South; it sometimes rains.

During these days you will have to finish the tasks 90 which have been omitted during the previous days, and if we do not carry out very extensive sowing, it is best to have completed it before December 1st. But also, when the nights are long, some time must be added to the period of daylight; for there are many things which can be properly done by artificial light. For if we possess vineyards, poles and props can be hewn and sharpened; or if the district is productive of fennel or bark, hives should be made for the bees; or if it is rich in palm-trees or broom, frails and baskets can be made; or if it abounds in twigs, hampers can be made from osiers. Not to go now into 91 detail of all the other things that can be made, there is no district which does not provide something which can be made by artificial light; for he is the lazy farmer who waits for the short day to begin, especially in regions when the winter days last for only nine hours while the night goes on for fifteen hours. Willows also cut down the previous day can be 92 cleaned by artificial light and prepared as ties for the vines; if they are not naturally tough enough, they should be cut down fifteen days beforehand and, after being cleaned, buried in dung, in order that they may be toughened; but if they have been cut a long time ago and have become dry, they should be soaked in a pond. Then too you should sharpen iron tools

<sup>1</sup> oportebit *S*: oportet *AR*.

<sup>2</sup> fecisse *SAa*: confecisse *R*.

<sup>3</sup> ad diurnum *R*: ad diū t̄ nū *S*: addiuntur *A*.

<sup>4</sup> agantur *SA*: aguntur *AR*.

<sup>5</sup> exacuiq; *R*: ex ad quae *S*: exacuiq; *A*.

<sup>6</sup> pridem *R*: pridie *SAa*.

menta acuere, et ad ea facere, vel facta manubria aptare, quorum optima sunt iligneae, deinde carpinea, post haec fraxinea.

- 93 Calendis Decembribus dies incertus, saepius tamen placidus. Octavo idus Decembres Sagittarius medius occidit; tempestatem significat. Septimo idus Decembres Aquila mane oritur; Africus, interdum Auster, et rorat.<sup>1</sup> Tertio idus Decembres Corus,<sup>2</sup> vel Septentrio, interdum Auster cum pluvia.

His diebus quae praeterita erunt superiore mense opera peragi debebunt, utique in locis temperatis aut calidis: nam locis frigidis recte fieri iam non possunt.

- Idibus Decembribus Scorpio totus mane exoritur; 94 hiemat. Sextodecimo calendas Ianuarias sol in Capricornum transitum facit, brumale solstitium, ut Hipparcho placet: itaque tempestatem saepe significat. xv calend. Ianuarias ventorum commutationem significat. x calendas Ianuarias Capra occidit mane, tempestatem significat. Nono<sup>3</sup> calendas Ianuarias brumale solstitium, sic Chaldaei observant. Sexto calend. Ianuarias Delphinus incipit oriri mane; tempestatem significat. Quarto calendas Ianuarias Aquila occidit vespere; hiemat. Tertio calendas Ianuarias Canicula vespere occidit; tempestatem significat. Pridie calendas Ianuarias, tempestas ventosa.

- 95 His diebus qui religiosius rem rusticam colunt, nisi si vinearum causa<sup>4</sup> pastines, negant debere terram

<sup>1</sup> et rorat SA: et inrorat a: irrorat R.

<sup>2</sup> chorus SAR.

<sup>3</sup> viii AR: viii S.

<sup>4</sup> causam S: causas Aa.

by artificial light and make handles for them or fit to them handles already made, the best material being the wood of the holm-oak, then that of the hornbeam and next that of the ash.

December 1st is an uncertain day, but more often 93 than not it is calm. On December 6th one half of Sagittarius sets: a storm is portended. On December 7th Aquila rises early: the wind is South-east, but sometimes South, and there is dew. On December 11th the wind is North-west or North, but sometimes South accompanied by rain.

During these days tasks which have been omitted in the preceding month will have to be completed, obviously in temperate and warm regions; for in cold regions they cannot now be properly performed.

On December 13th the whole constellation of the Scorpion rises early: the weather is wintry. On 94 December 17th the Sun makes its crossing into Capricorn: it is the winter solstice according to Hipparchus,<sup>a</sup> and so a storm is often portended. On December 18th a change of wind is portended. On December 23rd the Goat sets early: a storm is portended. On December 24th is the winter solstice as observed by the Chaldaeans. On December 27th the Dolphin begins to rise early in the morning: a storm is portended. On December 29th Aquila sets in the evening: the weather is wintry. On December 30th the Dog-star sets in the evening: a storm is portended. On December 31st the weather is windy.

During these days, according to those who practise 95 husbandry with unusually scrupulous care, the soil ought not be disturbed with any iron tool, unless you

<sup>a</sup> See note on Book I. 1. 4.

ferro commoveri. Itaque quidquid citra id genus effici potest, id ab his comprehenditur ut olea legatur, et conficiatur, ut vitis paletur et capite tenuis alligetur,<sup>1</sup> ut iuga vineis imponantur et capis-  
 96 trentur. Ceterum palmare, id est materias alligare, hoc tempore non expedit, quia plurimae propter rigorem qui fit ex frigore, franguntur. Possunt etiam his diebus cerasa<sup>2</sup> et tuberes et Armeniacae atque amygdalae ceteraeque arbores quae primae florent, inseri commode. Nonnulli etiam legumina serunt.

97 Calendis Ianuariis dies incertus. Tertio nonas Ianuarias Cancer occidit; tempestas varia. Pridie nonas Ianuarii media hiems; Auster multus, interdum pluvia. Non. Ianuariis Fidis<sup>3</sup> exoritur mane; tempestas varia. Sexto idus Ianuarias Auster, interdum Favonius. Quinto idus Ian. Auster,  
 98 interdum imber. Pridie idus Ian. incertus status caeli.

Per hos quoque dies abstinent terrenis operibus religiosiores agricolae, ita tamen ut ipsis calen. Ianuariis auspicandi causa omne genus operis instaurant, ceterum differant terrenam molitionem usque in proximas idus.

Sed nec ignorare debet villicus, quid uni iugo<sup>4</sup> boum quoquo mense per singulos dies praestari satis sit. Quare huius quoque curae rationem subicie-

<sup>1</sup> alligetur *AR*: -entur *S*.

<sup>2</sup> cerasia *SA*: cerasa *R*.

<sup>3</sup> fidis *R*: fides *SA*.

<sup>4</sup> iugo *AR*: iuga *S*.

trench it for the sake of the vines. Therefore whatever can be done outside this kind of work is included in the following list: the gathering of olives and the preparing of them, the staking of vines and fastening them right up to their heads, the placing of frames in the vineyards and binding them together. But the  
 96 process called "palmation," that is, the tying of hard-wood shoots to the frame, is not expedient at this time, because very many of them break off owing to the stiffness caused by the cold. Also during these days cherry-trees and tuber-apple-trees and apricot-trees and almond-trees and the other early-flowering trees can conveniently be grafted. Some people also sow pulse.

On January 1st the weather is uncertain. On  
 97 January 3rd the Crab sets: the weather is changeable. January 4th marks the middle of winter: there is much wind from the South and sometimes rain. On January 5th the Lyre rises in the morning: the weather is changeable. On January 8th the wind is from the South but sometimes from the West. On January 9th the wind is from the South and sometimes there is a rain storm. On January 12th the state of  
 98 the weather is uncertain.

During these days also the more scrupulous husbandmen abstain from operations upon the soil, except that, on January 1st, for the sake of good luck, they make a beginning of work of every kind, but they put off the working of the soil until the ensuing 13th day of the month.

A bailiff will have to have a thorough knowledge of what daily amount of food is enough throughout each month to be provided for a yoke of oxen. Therefore we will add an account of this charge also.

99 mus. Mense Ianuario paleas cum ervi macerati<sup>1</sup> sextariis sex, vel paleas cum cicerculae fresae semodio, vel frondis corbem pabulatorium modiorum viginti, vel paleas quantum velint, et faeni pondo viginti, vel affatim viridem frondem ex ilice<sup>2</sup> vel lauro, vel, quod his omnibus praestat, farraginem hordeaceam dabit siccam.<sup>3</sup> Februario mense idem, Martio idem, vel, si opus facturi sunt, faeni pondo 100 quinquaginta. Aprili frondem querneam et populneam ex cal. ad idus vel paleas vel faeni pondo quadraginta. Maio pabulum affatim: Iunio ex calend. frondem affatim: Iulio idem, Augusto idem, vel paleas ex ervo<sup>4</sup> pondo quinquaginta. Septembri frondem affatim, Octobri frondem et ficulnea<sup>5</sup> 101 folia. Novemb. ad idus frondem vel folia ficulnea, quae sint corbis unius. Ex idibus glandis modium unum<sup>6</sup> paleis immixtum, et lupini macerati modium unum paleis immixtum, vel maturam farraginem. Decemb. frondem aridam, vel paleas cum ervi semodio macerato, vel lupini, quod ex semodio macerato exierit,<sup>7</sup> vel glandis modium unum, ut supra scriptum est, vel farraginem.

III. Et quoniam percensuimus opera, quae suis quibusque temporibus anni villicum exequi oporteret, memores polliciti nostri subiungemus cultus hortorum, quorum aequae curam<sup>8</sup> suscipere debet, ut et quotidiani victus sui levet sumptum, et adveniendi domino praebeat, quod ait poëta, inemptas ruris

<sup>1</sup> macerati *SR*: -is *Aa*.

<sup>2</sup> siliquis et *SA*: ilice vel *R*.

<sup>3</sup> siccam *om. SA*.

<sup>4</sup> ficulnea *R*: -eam *SA*. <sup>4</sup> ervo *SA*: arvo *R*.

<sup>5</sup> unum *om. SA*.

<sup>6</sup> exierit *SR*: exigerit *A*.

<sup>7</sup> curam *R*: cura *S*: cultura *A*: culturam *a*.

In the month of January he will give them chaff with 99 six *sextarii* of soaked bitter vetch, or chaff with half a *modius* of bruised chickling vetch, or a basket filled with twenty *modii* of leaves, or as much chaff as they want and twenty pounds of hay, or green foliage of the holm-oak or bay-tree in abundance, or, what is better than all these, a dry mash of barley. In the 100 month of February he will give them the same diet and again in March or, if they are going to work, fifty pounds of hay. In April he will give them oak and poplar leaves from the 1st to the 13th or chaff or forty pounds of hay. In May he will provide fodder in abundance, in June from the 1st day of the month leaves in abundance, the same in July and August or fifty pounds of chaff from bitter vetch; in 101 September leaves in abundance; in October leaves and the foliage of the fig-tree; in November up to the 13th day of the month, leaves or the foliage of the fig-tree, one basketful; from the 13th day onwards one *modius* of mast mixed with chaff and one *modius* of lupines soaked and mixed with chaff or a mash of seasonable ingredients; in December dried leaves or chaff with half a *modius* of bitter vetch soaked in water, or the amount produced from half a *modius* of lupines soaked in water, or one *modius* of mast, as prescribed above, or a mixed mash.

III. Now that we have enumerated the tasks which the bailiff has to perform, each in its proper season, mindful of our promise we will next deal with the cultivation of gardens, of which he will likewise have to undertake the superintendence, in order to lessen the cost of his daily sustenance and provide his master, when he visits the farm, with what the poet calls " the

Of the culture of gardens and of garden herbs.

2 dapes.<sup>1</sup> Democritus in eo libro, quem Georgicon<sup>2</sup> appellavit, parum prudenter censet eos facere, qui hortis extruant munimenta, quod neque latere fabricata maceries<sup>3</sup> perennare possit, pluviis ac tempestatibus plerumque infestata, neque lapides supra rei dignitatem poscat impensa.<sup>4</sup> Si vero amplum modum sepire quis velit, patrimonio esse opus. Ipse igitur ostendam rationem, qua non magna opera hortum ab incursu hominum pecudumque munimus.<sup>5</sup>

3 Vetustissimi auctores vivam sepem structili prae-tulerunt, quia non solum minorem impensam desideraret, verum etiam diuturnior immensis temporibus<sup>6</sup> permaneret: itaque vepri efficiendi consitis

4 spinis rationem talem reddiderunt. Locus, quem sepire<sup>7</sup> destinaveris, ab aequinoctio autumnali simulatque terra maduerit imbribus, circumvallandus est duobus sulcis tripedaneo spatio inter se distantibus. Modum altitudinis eorum abunde est esse bipedaneum: sed eos vacuos perhiemare patiemur praeparatis seminibus quibus obserantur. Ea sint vastissimarum spinarum, maximeque rubi et paliuri et eius quam Graeci vocant *κυνόσβατον*, nos sentem

5 canis appellamus. Horum autem<sup>8</sup> ruborum semina quam maturissima legere<sup>9</sup> oportet, et ervi

<sup>1</sup> inemptas rured apes *S*: inemptas rure de apes *A*: inempta ruris dapes *R*.

<sup>2</sup> Georgicam *R*: *om. SA*.

<sup>3</sup> maceries *Ursinus*: materies *R*: *om. SA*.

<sup>4</sup> impensam *R*: *om. SA*.

<sup>5</sup> Democritus—munimus *om. SA*.

<sup>6</sup> temporibus *c*: operibus *SAa*.

<sup>7</sup> sepiri *SA*.

<sup>8</sup> autem *om. SA*.

<sup>9</sup> legere *Lundström*: legi *S*: elegi *c*: religi *AR*.

country's unbought feasts." <sup>a</sup> Democritus,<sup>b</sup> in the 2 book which he called the *Georgic*, expresses the opinion that those people do not act wisely who build strong defences round their gardens, because neither can an enclosing wall made of brick last for a long time, since it is usually damaged by rain and tempests, nor does the expense involved call for the use of stone, which is too sumptuous for the purpose; indeed a man needs to possess a fortune, if he wishes to enclose a large space of ground. I will, therefore, myself show you a method whereby, without much trouble, we can make a garden safe from the incursions of man and cattle.

The most ancient authors preferred a quick-set 3 hedge to a constructed wall, on the grounds that it not only called for less expense but also lasted for a much longer time, and so they have imparted to us the following method of making a hedge by planting thorn-trees. The area which you have decided to 4 enclose must, as soon as the ground has been moistened by rain after the autumn equinox, be surrounded by two furrows three feet distant from one another. It is quite enough if the measurement of their depth is two feet, but we shall allow them to remain empty through the winter after having got ready the seed with which they are to be sown. These should be those of the largest thorns, especially 5 brambles and Christ's thorn<sup>c</sup> and what the Greeks call *κυνόσβατον* and we call dog's thorn.<sup>d</sup> The seeds of these briars must be picked as ripe as possible and

<sup>a</sup> Vergil, *Georgics*, IV. 133.

<sup>b</sup> That Democritus of Abdera the well-known philosopher is meant here is clear from Book I. 207.

<sup>c</sup> *Paliurus australis*.

<sup>d</sup> *Rosa sempervirens*.

moliti farinae immiscere: quae cum est aqua conspersa, illinitur vel nauticis veteribus funibus, vel quibuslibet aliis restibus. Siccati deinde funiculi reponuntur in tabulato: mox ubi bruma confecta est, intermissis quadraginta diebus, circa hirundinis adventum, cum iam Favonius exoritur, post idus Februarias si qua in sulcis per hiemem constitit aqua, exhauritur, resolutaque humus, quae erat autumno regesta, usque ad mediam sulcorum 6 altitudinem reponitur. Praedicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, et in longitudinem per utrumque sulcum porrecti obruuntur, sed ita, ut non nimium supergesta terra semina spinarum, quae inhaerent toris<sup>1</sup> funiculorum, enasci possint.<sup>2</sup> Ea fere citra<sup>3</sup> trigesimum diem prorepunt: atque ubi coeperunt aliquod incrementum habere, sic insuesci debent, ut in id spatium, quod sulcis inter- 7 iacet, inclinentur. Oportebit autem virgeam sepe interponere, quam super se pandant sentes utriusque sulci, et sit quo interdum quasi adminiculo priusquam corroborentur, acquiescant. Hunc veprem manifestum est interim non posse, nisi radicibus effodere velis. Ceterum etiam post ignis iniuriam melius renasci, nulli dubium est. Et haec quidem claudendi horti ratio maxime est antiquis probata.

8 Locum autem eligi conveniet, si permittit agri situs, iuxta villam, praecipue pinguem, quique adveniente rivo, vel si non sit fluens aqua, fonte

<sup>1</sup> inherent toris *R*: inhaerent oris *S*: inherento nis *A*: tortis *cozi*. Anderson.

<sup>2</sup> possit *SA*.

<sup>3</sup> citra *SA*: circa *R*.

mixed with meal of well-ground bitter-vetch. This mixture, after having been sprinkled with water, is smeared either on old ships' hawsers or any other kind of rope, and these are then dried and put away in a loft. Then, when mid-winter is passed, after an interval of forty days, about the time the swallow arrives, when the West wind is already rising after February 13th, if any water has stood in the furrows during the winter, it is drawn away, and the loose soil, which had been thrown out in the autumn, is replaced so as to fill half the depth of the furrows. 6 Then the ropes already mentioned are produced from the loft and uncoiled and stretched lengthways along each furrow and covered up in such a manner that the seeds of the thorns, which adhere to the strands of the ropes, may not have too much earth heaped upon them but may be able to sprout. By about the thirtieth day the plants creep forth and, when they begin to grow somewhat, should be trained to grow in the direction of the space lying between the furrows. 7 You will have to place a row of sticks in the middle, over which the thorns from both the furrows may spread, and which may provide a kind of support on which they may rest for a time until they grow strong. It is obvious that this thorn-hedge cannot be destroyed unless you care to dig it up by the roots; but there is also no doubt that even if it has been damaged by fire, it only grows up again all the better. This is indeed the method of enclosing a garden which was most approved of by the ancients.

It will be a good plan, if the nature of the ground 8 allows, for a site to be chosen close to the villa, preferably where the soil is rich and it can be irrigated by a stream running into it, or, if there be no flowing

puteali possit rigari. Sed ut certam perennitatis puteus habeat fidem, tum demum effodiendus est,<sup>1</sup> cum sol ultimas partes Virginis obtinebit, id est mense Septemb. ante aequinoctium autumnale: siquidem maxime explorantur vires fontium, cum ex longa siccitate aestatis terra caret humore pluviatili.<sup>2</sup>

9 Providendum est autem, ne hortus areae subiaceat, neve per trituram venti possint paleas aut pulverem in eum perferre: nam utraque sunt holeribus inimica. Mox ordinandi pastinandique soli duo sunt tempora: quoniam duae quoque holerum sationes: nam et autumno et vere plurima seruntur; melius tamen vere riguis locis, quoniam et nascentis anni clementia excipit prodeuntia semina, et sitis aestatis restin-

10 guitur fontibus. At ubi loci natura neque manu<sup>3</sup> illatam, neque sua sponte<sup>4</sup> aquam ministrari patitur, nullum quidem aliud auxilium est, quam hiemales pluviae. Potest tamen etiam in siccissimis locis opus custodiri, si depressus pastinetur solum: eiusque abunde est gradum effodere tribus pedibus, ut in

11 quattuor consurgat regestum. At ubi copia est rigandi, satis erit non alto bipalio, id est, minus quam duos pedes ferramento novale converti. Sed curabimus,<sup>5</sup> ut ager, quem vere conseri oportet, autumno circa calend. Novembres pastinetur: quem deinde velimus autumno instituere, mense Maio converta-

<sup>1</sup> est *om. SA.*

<sup>2</sup> pluviatili *SA*: pluviali *R.*

<sup>3</sup> manu *S*: in manu *AR.*

<sup>4</sup> sua sponte *scripsi*: suae sponte *SA*: suae spontis *R.*

<sup>5</sup> curabimus *a*: curavimus *SAR.*

water, with water from a well. But that the well may provide the certainty of a continual supply, it should be dug when the sun occupies the last part of Virgo, that is, in the month of September before the autumn equinox; for that is the best time to test the capacity of springs, since then the ground is short of rain-water after the long summer drought. But you must take care that the garden is not situated below a threshing-floor, and that the winds during the time of threshing cannot carry chaff and dust into it; for both these things are harmful to vegetables. Next there are two seasons for putting the ground in order and trenching it, since there are also two seasons for sowing vegetables, most of them being sown in the autumn and in the spring. The spring, however, is better in well-watered places, since the mildness of the growing year gives a kindly welcome to the seedlings as they come forth and the drought of summer is quenched by the springs of water. But where the nature of the place does not allow a supply of water to be brought by hand nor to be supplied spontaneously, there is indeed no other resource than the winter rains. Yet even in the driest localities your labour can be safeguarded if the ground is trenched rather deeper than usual, and it is quite enough to dig up a spit of three feet, so that the earth which is thrown up may rise to four feet. But where there is an ample opportunity for irrigation, it will suffice if the fallow ground is turned over with a not very deep double-mattock, that is, with an iron tool measuring less than two feet. But we shall take care that the field which has to be planted in the spring is trenched in the autumn about November 1st; then let us turn over in the month of May the land which we intend



- mus, ut aut hiemis frigoribus aut aestivis solibus et gleba solvatur, et radices herbarum necentur: nec multo ante stercorare debemus; sed<sup>1</sup> cum sationis appropinquabit<sup>2</sup> tempus, ante quintum diem exherbandus erit locus, stercorandusque, et ita diligenter fossione iterandus, ut fimo terra commisceatur. Optimum vero stercus est ad hunc usum asini, quia minimum herbarum creat: proximum vel armenti vel ovium, si sit anno maceratum: nam quod homines faciunt, quamvis habeatur excellentissimum, non tamen necesse est adhibere, nisi aut nudae glareae, aut sine ullo robore solutissimae arenae, cum maior scilicet vis alimenti desideratur.
- 12 Igitur solum, quod vere conserere destinaverimus, post autumnum patiemur effossum iacere brumae frigoribus et pruinis inurendum: quippe e contrario sicut calor aestatis, ita vis frigoris excoquit terram, fermentatamque solvit. Quare peracta bruma tum demum stercus inicietur, et circa idus Ianuarias humus refossa in areas dividitur; quae tamen sic informandae sunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perveniant, ne, qui prosequuntur herbas, semina proculcare cogantur: sed potius per semitas ingrediantur, et alterna vice dimidias areas eruncent.
- 14 Haec, ante sationem quae facienda sunt, dixisse abunde est. Nunc<sup>3</sup> quid quoque tempore vel colen-

<sup>1</sup> sed *SR*: et *Aa*.

<sup>2</sup> appropinquavit *SAR*.

<sup>3</sup> nunc *S*: in uno *AR*.

to lay out in the autumn, in order that the clods of earth may be broken up by the winter cold or the summer heat, and the roots of the weeds may be killed; and we shall have to manure it not long in advance; but when the time for sowing approaches, the ground will have to be weeded and manured five days beforehand and so carefully dug up a second time that the earth mixes with the dung. The best dung for the purpose is that of asses, because it grows the fewest weeds; next is that of either cattle or sheep, if it has soaked for a year. Human ordure, although it is reckoned to be most excellent, should not necessarily be employed except for bare gravel or very loose sand which has no strength, that is, when more powerful nourishment is required. We shall, therefore, after the autumn let the soil which we have decided to sow in the spring lie, when it has been dug up, so that it may be nipped by the cold and frosts of mid-winter; for by a contrary process like the heat of summer, so the violence of the cold refines the earth and breaks it up after causing it to ferment. Therefore, when mid-winter is past, the time has at last come when the dung is to be spread, and about January 13th the ground, having been dug over again, is divided into beds, which, however, should be so contrived that the hands of those who weed them can easily reach the middle of their breadth, so that those who are going after weeds may not be forced to tread on the seedlings, but rather may make their way along paths and weed first one and then the other half of the bed.

We have now spoken at sufficient length about 14 what has to be done before the season for sowing. Let us now give directions as to what must be cul-

dum vel serendum sit, praecipiamus: et primum de his generibus loquendum est, quae possunt duobus seri temporibus, id est autumno et vere. Sunt autem semina brassicae et lactucae, cinarae, eruciae, nasturcii, coriandri, chaerephylli, anethi, pastinacae, siseris, papaveris: haec enim vel circa calend. Septembres, vel melius ante calend. Martias

15 Februario seruntur. Locis vero siccis, aut tepidis, qualia sunt Calabriae et Apuliae maritima, possunt circa idus Ianuarias terrae committi. Rursus quae tantum autumno conseri debent (si tamen vel maritimum vel apricum agrum incolimus) haec fere sunt, alium, cepae capitula, ulpicum, sinape. Sed iam potius quo quidque tempore terrae mandari plerumque conveniat, per menses digeramus.<sup>1</sup>

16 Ergo post calend. Ianuarias confestim recte ponetur lepidium.<sup>2</sup> Mense autem Februario vel planta vel semine ruta, atque asparagus, et iterum cepae semen et porri: nec minus si vernum et aestivum fructum voles habere, Syriacae radice et rapae napique semina obrues. Nam alii, et<sup>3</sup> ulpici  
17 ultima est huius temporis positio. At circa calend. Martias locis apricis licet porrum si iam ingruit transferre. Item panacem ultima parte Martii mensis. Deinde circa calend. Apriles acque porrum atque inulam, et serotinam plantam rutae. Item ut maturius nascatur, cucumis, cucurbita, capparitis serenda est. Nam semen betae, cum Punicum malum florebit, tum demum optime seritur.

<sup>1</sup> diceramus *S.*

<sup>2</sup> lepidium *vett. edd.*: lepidum *SAR.*

<sup>3</sup> et *om. SA.*

tivated and sown and at what season, and first of all we must speak of the kinds of seed which can be sown at the two seasons, namely autumn and spring. These are the seeds of cabbage, lettuce, cardoon, rocket, cress, coriander, chervil, dill, parsnip, skirwort and poppy. For these are sown either about September 1st or better in February before March 1st. In dry or warm districts, however, such 15 as the sea-coasts of Calabria and Apulia, they can be put into the ground about January 13th. On the other hand, the seeds which ought to be sown only in the autumn—provided, however, that we inhabit a district either on the coast or exposed to the sun—are commonly these: garlic, small heads of onion, African garlic<sup>a</sup> and mustard. But let us rather now arrange month by month at what season it is generally fitting that each kind should be put into the ground.

Immediately after January 1st it will be proper to 16 plant dittander. In the month of February rue, either as a plant or as a seed, and asparagus, and again the seed of the onion and the leek; likewise, if you want to have the yield in the spring and summer, you will bury in the ground the seeds of radish, turnip and navew. For ordinary garlic and African garlic are the last seeds which can be sown at this season. About March 1st you can transplant the 17 leek in sunny positions, if it has already grown to a good size; and at the end of the month of March you can treat all-heal in the same way, and then about April 1st leeks likewise and elecampane and late plants of rue. Also cucumbers, gourds and capers must be sown that they may come up in good time. The best time to sow beet seed is when the 18 pomegranate blossoms, but heads of leek can still be

<sup>a</sup> See below § 20.

18 Porri autem caput circa idus Maias tolerabiliter adhuc transfertur. Post hoc, nihil ingruente aestate obrui debet, nisi semen apii, si tamen rigaturus es. Sic enim optime per aestatem provenit. Ceterum Augusto circa Vulcanalia tertia satio est: eaque optima radicis et rapae, itemque napi et <sup>1</sup> siseris, nec minus oleris atri.

19 Atque haec sunt sationum tempora. Nunc de his, quae aliquam curam desiderant, singulis loquar, quaeque praeteriero intellegi oportebit nullam postulare operam nisi runcatoris: de qua semel hoc dicendum est, omni tempore consulendum esse, ut herbae exterminentur. Ulpicum quod quidam alium Punicum vocant, Graeci autem ἀφροσκόρδον appellant, longe maioris est incrementi quam alium: idque circa calend. Octobres, antequam deponatur, ex uno capite in plura dividetur. Habet enim velut alium plures cohaerentes <sup>2</sup> spicas, eaeque cum sint <sup>3</sup> divisae, liratum seri debent, ut in pulvinis positae <sup>4</sup> minus infestentur hiemis aquis. Est autem lira <sup>4</sup> similis ei porcae, quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vident: sed haec in hortis minor est facienda, et per summam partem eius, id est in dorso inter palmaria spatia spicae ulpici vel allii, nam id quoque similiter cōseritur, disponendae <sup>5</sup> sunt. Sulci lirarum inter se distent semipedali spatio. Deinde cum ternas fibras emiserunt

<sup>1</sup> et om. SA.

<sup>2</sup> cohaerentes om. S.

<sup>3</sup> sint AR: sunt S.

<sup>4</sup> libra S.

<sup>5</sup> disponendi SA.

<sup>a</sup> August 23rd.

<sup>b</sup> *Smyrniū olusatrum*.

<sup>c</sup> This African garlic is probably a form of ordinary garlic *Allium sativum* but it may be *Allium nigrum*.

passably well transplanted about May 15th. After this, when the summer is coming on, nothing ought to be put in the ground except parsley-seed, and this only if you intend to water it; for then it comes on very well during the summer. In August about the time of the feast of Vulcan <sup>a</sup> comes the third sowing time; it is the best time for sowing radish and turnips, also navew, skirwort and alexanders.<sup>b</sup>

So much for the times of sowing. I will now speak <sup>19</sup> individually of those kinds which need some special care, and it will have to be understood those which I pass over require no attention except from the weeder; and on this subject I must declare once and for all that at every season steps must be taken to exterminate weeds. The African garlic, which some <sup>20</sup> people call Carthaginian garlic and which the Greeks name ἀφροσκόρδον,<sup>c</sup> is of a much greater growth than the ordinary garlic, and about October 1st, before it is planted, will be divided from one head into several; for, like ordinary garlic, it has a number of cloves sticking together, and these, when they have been separated, ought to be planted on ridges, in order that, being placed in raised beds, they may be less disturbed by winter rains. This <sup>21</sup> ridge is like the "balk" which farmers make when they are sowing their fields, that they may avoid dampness. This must be constructed on a smaller scale in gardens, and along the top of it, that is, on the back of the ridge, cloves of African or ordinary garlic (for the latter is planted in the same manner as the former) must be set at the distance of a hand's breadth from one another. The furrows forming the ridges should be half a foot away from one another. Then when the cloves have sent up three

spicae, sarriantur. Nam quo saepius id factum est, maius semina capiunt incrementum. Deinde ante quam caulem faciant,<sup>1</sup> omnem viridem superficiem intorquere et in terram prosternere conveniet, quo  
 22 vastiora capita fiant. Regionibus autem pruinosis neutrum horum per autumnum seri debet: nam brumali tempore corrumpuntur quod fere mense Ianuario mitescit: et idcirco frigidis locis tempus optimum est alium vel ulpicum ponendi circa idus praedicti mensis. Sed quandoque vel conseremus, vel iam matura in tabulatum reponemus, servabimus ut in iis horis<sup>2</sup> quibus aut obruentur aut eruentur, luna infra terram sit. Nam sic sata, et rursus sic recondita,<sup>3</sup> existimantur neque acerrimi saporis existere, neque mandentium halitus inodorare.<sup>4</sup>  
 23 Multi tamen haec ante calend. Ianuarias mediis diebus serunt mense Decembri, si caeli tepor et situs terrae permittit.

Brassica, cum vi foliorum erit, transferri debet, ita ut radix eius liquido fimo prius illita, et involuta<sup>5</sup> tribus algae taeniolis pangatur. Haec enim res efficit, ut in coctura celerius madescat et viridem colorem sine nitro conservet. Est autem frigidis et pluviis regionibus positio eius optima post idus Apriles; cuius depressae plantae cum tenerint,<sup>6</sup> quantum holitoris ratio patitur, saepius sarta et stercorata

<sup>1</sup> faciant *R*: faciunt *SAa*.

<sup>2</sup> horis *S*: locis *AR*.

<sup>3</sup> sic fere condita *a*: fere condita *SA*: sic recondita *R*.

<sup>4</sup> saporis—inodorare *om. A*: inodorare *R*: odorari *S*: moderare *a*.

<sup>5</sup> et involuta *R*: etiam voluta *SA*.

<sup>6</sup> tenerant *A*.

blades, they should be hoed; for the more often this is done, the greater is the growth of the seedlings. Then, before they form any stalk, it will be a good plan to twist all the green portion above ground and lay it flat on the soil, so that the heads may grow larger. But in districts which are liable to frosts neither of these plants should be sown during the autumn, for they rot in the season of mid-winter, which generally turns milder in the month of January; and for that reason in cold places the best time for planting ordinary or African garlic is about the 13th of the said month. But whenever we are going to sow them or, when they are already ripe, are going to store them in a loft, we shall be careful that the moon is below the earth at the time when they are either put into the ground or taken out of it; for if they are planted or, on the other hand, laid away under these conditions, they are held not to be of a very pungent flavour nor to give an odour to the breath of those who chew them. Nevertheless many people sow them before  
 23 January 1st in the month of December in the middle of the day if the warmth of the weather and the situation of the ground allows.

A cabbage ought to be transplanted when it consists of six leaves, provided that its root is smeared with liquid manure and wrapped up in three bands of seaweed before it is fixed in the ground; this precaution ensures that in the boiling it becomes soft more quickly and keeps its green colour without the use of soda. But in cold and rainy districts the best  
 24 time for setting it is after April 13th; and when plants of it have been sunk into the ground and have taken root, the more often they are hoed and manured, as far as the gardener's plan of work allows,

melius conualescit, pleniorisque incrementi et coliculum facit et cymam. Nonnulli hanc eandem locis apricioribus a calend. Martiis deponunt: sed maior pars eius in cymam prosilit, nec postea hibernum caulem amplum facit, cum est semel desecta. Possis autem vel maximos caules bis transferre. Idque si facias, plus seminis, et maioris incrementi praebere dicuntur.

- 25 Lactuca totidem foliorum quot brassica transferri debet. Locis quidem apricis et maritimis optime autumnum ponitur,<sup>1</sup> mediterraneis et frigidis contra: hieme<sup>2</sup> non aequae commode dispangitur.<sup>3</sup> Sed huius quoque radix fimo liniri debet, maioremque copiam desiderat aquae, sicque fit<sup>4</sup> tenerioris folii.
- 26 Sunt autem complura lactucae genera, quae suo quidque tempore seri<sup>5</sup> oportet: earum quae fuscii est vel<sup>6</sup> purpurei, aut etiam viridis coloris et crispifolii, uti Caeciliana, mense Ianuario recte disseritur. At Cappadocia, quae pallido et pexo densoque folio<sup>7</sup> viret, mense Februario: quae deinde candida est et crispissimi folii, ut in provincia Baetica et finibus Gaditani municipii, mense Mart. recte pangitur.
- 27 Est et Cyprii<sup>8</sup> generis ex albo rubicunda, levi et tenerrimo folio, quae usque in idus Apriles commode disponitur. Fere tamen aprico caeli statu, quibus locis aquarum copia est, paene toto anno lactuca seri potest: quae quo tardius caulem faciat

<sup>1</sup> ponitur *R*: ponuntur *SA*.

<sup>2</sup> hieme *R*: hiemē *S*: hiemem *A*.

<sup>3</sup> dispangitur *S*: dispargitur *AR*.

<sup>4</sup> sicque fit *Schneider*: si quo *SAR*.

<sup>5</sup> seri *R*: fieri *SA*.

<sup>6</sup> est vel *Lundström*: et ut *SA*: et velut *R*.

<sup>7</sup> foli *S*<sup>1</sup>: folio *S*<sup>2</sup>: folii *A*.

<sup>8</sup> Cyprii *SAR*.

the better the cabbage thrives and the fuller the growth it makes in its stalks and sprouts. Some people set this vegetable in exceptionally sunny spots from March 1st onwards, but the greater part of it runs to sprouts and, when once it has been cut, it does not form thereafter a large winter stalk. But you can transplant even the biggest cabbage-stalks twice, and, if you do so, they are said to produce more seed and greater growth.

Lettuce ought to be transplanted when it has as 25 many leaves as the cabbage. Indeed in sunny districts near the sea it is best set in the autumn, but it is otherwise in inland and cold places, for in winter it cannot be planted out with such good effect. The root of the lettuce ought also to be smeared with dung and it requires rather a large quantity of water, and so comes to have tenderer leaves. There are several 26 kinds of lettuce, which must each be sown at its proper season. That which is of a dark or purple or even of a green colour with curled leaves, like the Caecilian<sup>a</sup> variety, is rightly planted out in the month of January; but the Cappadocian lettuce which grows with a pale, woolly, thick leaf is planted in the month of February; the winter variety, which is white with a very curly leaf, such as grows in the province of Baetica and in the territory of the municipal city of Gades, should be put into the ground in the month of March. There is 27 also that of the Cyprian kind, which is of a reddish white with a smooth and very tender leaf, which is advantageously planted out up to April 15th. Generally, however, in a sunny climate where there is plenty of water, lettuce can be sown almost throughout the year; but, so that it may form its stalk more

<sup>a</sup> See note on Book X. line 182.

cum<sup>1</sup> aliquod incrementum habuerit, exiguum testam media parte accipiat, eo quasi onere coercita in latitudinem se diffundit. Eadem est ratio etiam intubi, nisi quod hiemem magis sustinet: ideoque vel frigidis regionibus primo autumno seri potest.

- 28 Cinaræ sobolem melius per autumnī aequinoctium disponemus;<sup>2</sup> semen commodius circa calendās Martias seremus; eiusque plantam ante<sup>3</sup> calend. Novemb. deprimemus, et multo cinere stercorabimus.<sup>4</sup> Id enim genus stercorishuic holeri videtur aptissimum.
- 29 Sinape atque coriandrum, nec minus eruca et ocimum, ita uti sata sunt, sua sede immota permanent: neque est eorum cultus alius, quam ut stercorata runcentur. Possunt autem non solum autumno, sed et vere conseri. Plantae quoque sinapis prima hieme translatae plus cymae vere afferunt. Panax utroque tempore levi et subacta terra rarissime disseritur,<sup>5</sup> quo maius incrementum capiat: melior<sup>6</sup> tamen eius verna satio est. Porrum si sectivum facere velis, densius satum praeceperunt priores relinqui: et ita cum increverit, secari. Sed nos docuit usus longe melius fieri, si differas, et eodem more, quo capitulum modicis spatiis, id est, inter quaternos<sup>7</sup> digitos
- 30 depangas, et cum convaluerit, deseces. In eo autem quod magni capitis efficere voles, servandum<sup>8</sup> est, ut ante quam translatum deponas, omnes radículas amputes et fibrarum summas<sup>9</sup> partes intondeas. Tum testulae, vel conchae, quasi sedes singulis

<sup>1</sup> cum *R*: tum *SA*.

<sup>2</sup> disponemus *R*: -imus *SA*.

<sup>3</sup> ante *SA*: circa *R*.

<sup>4</sup> stercoravimus *SA*.

<sup>5</sup> disseritur *R*: disserentur *S*: disseruntur *A*.

<sup>6</sup> melior *S*: melius *AR*.

<sup>7</sup> quaternos *R*: quattuor *SA*.

<sup>8</sup> post servandum *add.* serendum *S*.

<sup>9</sup> sumas *S*.

slowly, it should have a small piece of earthenware placed in its centre, when it has grown to some extent; for being checked by having to support, as it were, the weight of this, it spreads out in breadth. The same method is used also for the endive, except that it stands the winter better, and therefore can be sown even in cold districts in the early autumn.

We shall do better to plant out slips of cardoon 28 during the autumn equinox and sow the seed more advantageously about March 1st and set the plants before November 1st and manure them with plenty of ashes; for this kind of manure seems the most suitable for this vegetable. Mustard and coriander 29 and also rocket and basil are left undisturbed as they were sown and require no other cultivation than manuring and weeding. They can be sown not only in autumn but also in spring. Mustard plants transplanted in the early winter produce more sprouts in the spring. All-heal is planted very thinly at both seasons in light and well-worked soil so as to make greater growth; but the spring is the better season for it. If you wish to grow leeks, the 30 ancients directed that it should be sown rather thickly and left to grow and that then, when it increased, it should be cut; but experience has taught us that it does much better if you space it out, and set it in the same way as the headed leek, with moderate spaces between the plants, that is to say, intervals of four inches, and cut it when it has grown up. As for the leek which you wish to form a large 31 head, you must take care that, before you transplant it and re-set it, you cut off all the small roots and shear off the tops of the fibres; then small pieces of earthenware or shells are buried beneath each of the seedlings

subiectae seminibus adobruuntur, ut fiant capita  
 32 latioris incrementi. Cultus autem porri capitati  
 assidua sartio et stercoreatio est. Nec aliud tamē  
 sectivi, nisi quod<sup>1</sup> toties rigari, et stercoreari, sarriri-  
 que debet, quoties demetitur. Semen eius locis  
 calidis mense Ianuario, frigidis Februario seritur:  
 cuius incrementum quo maius fiat, raris linteolis  
 complura grana illigantur, atque ita obruuntur.  
 Enatum autem differri debet in iis locis, quibus aqua  
 subministrari non potest, circa æquinoctium au-  
 tumni: at quibus possis humorem præbere, mense  
 Maio recte transfertur.

33 Apium quoque possis plantis serere, nec minus  
 semine. Sed præcipue aqua laetatur, et ideo  
 secundum fontem commodissime ponitur. Quod si  
 quis id velit lati folii facere, quantum seminis possint  
 tres digiti comprehendere, raro linteolo illiget,<sup>2</sup> et  
 ita in areolas dispositum releget. Vel si crispae  
 frondis id fieri maluerit, semen eius inditum pilae, et  
 salineo pilo pinsitum, expoliturque, similiter  
 34 linteolis ligatum obruat. Potest etiam citra hanc  
 operam fieri crispum qualitercunque satum, si, cum  
 est natum, incrementum eius supervoluto cylindro  
 coërceas. Satio eius est optima post idus Maias  
 usque in solstitium: nam teporem<sup>3</sup> desiderat. Fere  
 etiam his diebus ocima seruntur: quorum cum semen  
 obrutum est, diligenter inculcatur pavicula vel

<sup>1</sup> quod *S*: quo *AR*.

<sup>2</sup> illiget *R*: liget *SA*.

<sup>3</sup> tempore *A*: tēpore *S*<sup>1</sup>: teporē *S*<sup>2</sup>.

to serve as a sort of base, so that heads of a larger  
 growth may be formed. But the cultivation of 32  
 headed leeks consists in hoeing and manuring them  
 continually; nor does treatment of cut leek differ  
 from this, except that every time it is cut it ought  
 to be watered, manured and hoed. Its seed is  
 sown in January in warm districts, in February  
 in cold places; in order that it may have greater  
 growth several seeds are tied up in a piece of  
 linen of loose texture and then planted. When it  
 has come up in places where it cannot be sup-  
 plied with water, it ought to be spaced out  
 about the autumn equinox, but when you can  
 provide moisture, it is correct to move it in the  
 month of May.

You can raise parsley equally well from plants or 33  
 from seed; it takes a special delight in water and for  
 that reason is most advantageously placed near a  
 spring. But if anyone wishes to grow parsley with a  
 broad leaf, he should tie up as much seed as three of  
 his fingers can hold in a piece of linen of loose texture  
 and plant it out in a regular arrangement in small  
 beds. If he prefers that it should grow with curly  
 leaves, he should put the seed into a mortar and  
 pound it with a pestle of willow-wood and smooth it  
 out and tie it up in the same manner as before in a  
 piece of linen and cover it with ground. It can also 34  
 be made to grow with curly leaves without all this  
 trouble, in whatever manner it is sown, if, when it has  
 come up, you check its growth by passing a roller over  
 it. The best time for sowing it is from May 15th to  
 the solstice, for it needs warmth. It is generally at  
 this season that basil also is sown; the seed after  
 being put into the ground is carefully pressed down

cylindro. Nam si terram suspensam relinquo, plerumque corrumpitur.

- 35 Pastinaca et siser atque inula conualescunt alte pastinato et stercoreto loco: sed quam rarissime ponenda sunt, ut maiora capiant incrementa. Inulam vero intervallo trium pedum seri convenit, quoniam vastos, facit frutices,<sup>1</sup> et radicibus, ut oculus harundinis,<sup>2</sup> serpit. Nec est alius cultus horum omnium nisi ut sationibus herbae tollantur. Commodissime autem deponentur prima parte Septembris, vel  
36 ultima Augusti parte. Atrum olus, quod Graecorum quidam vocant *πετροσέλινον*, nonnulli *συμρναῖον*, pastinato loco semine debet conseri, maxime iuxta maceriam: quoniam et umbra gaudet, et qualicunque conalescit loco: idque cum semel severis, si non totum radicitus tollas, sed alternos frutices in semen submittas, aevo<sup>3</sup> manet, parvamque sationis exigit culturam. Seritur a Vulcanibus usque in calendis  
37 Septembris, sed etiam mense Ianuario. Menta dulcem desiderat uliginem; quam ob causam iuxta fontem mense Martio recte ponitur. Cuius si forte semina defecerunt, licet de novalibus silvestre mentastrum colligere, atque ita inversis cacuminibus disponere: quae res feritatem detrahit, atque  
38 edomitam reddit. Rutam autumnum semine satam mense Martio differre oportet in apricum, et cinerem aggerare,<sup>4</sup> runcareque donec conalescat, ne herbis enecetur. Sed velata manu debet runcari: quam nisi contexeris, perniciose nascuntur ulcera. Si

<sup>1</sup> frutices *S*: frutices *AR*.

<sup>2</sup> harundis *SA*.

<sup>3</sup> saevom *S*: revom *A*: sevo *a*.

<sup>4</sup> aggerare *SA*.

<sup>a</sup> So-called because it has an odour like myrrh.

<sup>b</sup> August 23rd.

<sup>c</sup> The usual cultivated mint of the Romans was water mint,

with a rammer or roller, for if you leave the soil loose, the seed usually rots.

The parsnip, skirwort and elecampane thrive in 35 deeply trenched and well-manured soil, but they must be planted far apart so that they may attain to a greater growth. Elecampane should be sown at intervals of three feet, for it grows huge bushes and has creeping roots like the "eyes" of a reed. All these vegetables require no cultivation except that the weeds should be removed by hoeing. It will be most suitable to plant them in the first part of September 36 or the last part of August. Alexanders, which some Greeks call *πετροσέλινον* (rock-parsley) and others *συμρναῖον*,<sup>a</sup> should be sown in well-trenched soil, preferably near a stone wall, since it delights in shade and thrives in any kind of soil. When once you have sown it, if you do not pull it all up by the roots but leave alternate bushes to go to seed, it goes on for ever and only needs a little cultivation by hoeing. It is sown from the feast of Vulcan<sup>b</sup> to September 1st, but also in the month of January. Mint<sup>c</sup> requires a 37 sweet, marshy soil; for which reason it is right to plant it near a spring in the month of March. If the seeds happen to have proved a failure, you can collect wild mint from fallow ground and then plant it with the top inverted, for this draws the wildness out of it and makes it tame. You should sow rue in the 38 autumn and thin it out in March to a sunny place and heap ashes round it and cultivate it until it is strong, that it may not be killed by weeds. It will have to be weeded with the hand covered; for unless you wrap it up, pernicious ulcers form.

*Mentha aquatica*, while *mentastrum* was usually horse mint, *Mentha silvestris*.



tamen per ignorantiam<sup>1</sup> nuda manu runcaveris et prurigo atque tumor incesserit, oleo subinde perungito. Eiusdem frutex pluribus annis permanet innocuus, nisi si mulier, quae in menstruis est, contigerit eum, et ob hoc exaruerit.

39 Thymum, et transmarina cunila, et serpyllum, sicut priore libro iam retuli, magis alvearia<sup>2</sup> curantibus, quam holitoribus studiose conseruntur. Sed nos ea condimentorum causa nam sunt quibusdam esculentis aptissima non alienum putamus etiam in hortis habere. Locum neque pinguem neque stercoreatum, sed apricum desiderant, ut quae macerrimo solo per  
40 se maritimis plerumque regionibus nascantur.<sup>3</sup> Eae<sup>4</sup> res et semine et plantis circa aequinoctium vernum seruntur.<sup>5</sup> Melius tamen est thymi novellas plantas disponere; quae cum subacto solo depressae fuerint, ne tarde comprehendant,<sup>6</sup> aridi thymi fruticem contundi oportet, atque ita pinsito illo<sup>7</sup> pridie quam volueris uti, aqua medicare; quae cum succum eius perceperit, depositis fruticibus infunditur, donec  
41 eos recte confirmet. Ceterum cunila vivacior est, quam ut impensius<sup>8</sup> curanda sit. Lepidium cum ante cal. Martias habueris dispositum, velut porrum sectivum demetere poteris: rarius tamen. Nam post cal. Novemb. secundum non erit, quoniam frigoribus violatum emoritur: biennio tamen sufficet,

<sup>1</sup> ignorantia A.                      <sup>2</sup> saluaria AS: alvearia R.

<sup>3</sup> nascantur S: nascuntur AR.    <sup>4</sup> eae R: ea SAa.

<sup>5</sup> servatur SA.                      <sup>6</sup> comprehendat SAR.

<sup>7</sup> pinsito illo *Lundström*: in illo SAa: insito R.

<sup>8</sup> impensius R: inpenses SA.

<sup>a</sup> *Thymus vulgaris*.

<sup>b</sup> Latin *cunila* usually denotes savory, *Satureia hortensis*, but the Greek *κωνίλη* = marjoram.

If, however, through ignorance you have weeded it with the hand bare and itching and swelling have come on, anoint the hand thoroughly from time to time with olive-oil. A shrub of rue lasts for many years without deteriorating, unless a woman, who is in her menstrual period, touches it; in which case it dries up. Thyme,<sup>a</sup> foreign marjoram<sup>b</sup> and 39 wild thyme,<sup>c</sup> as I have remarked already in a previous book,<sup>d</sup> are sown carefully rather by those who look after bees than by gardeners; but we do not consider it out of place to have them in gardens for use as seasonings, for they are most suitable to go with some edibles. They need a spot which is neither rich nor manured but sunny, since they grow of their own accord in very thin soil, generally in sea-coast districts. They are put in the ground in the form both 40 of seed and plants about the time of the spring equinox. It is better, however, to set young plants of thyme, and when they have been pressed down into well-worked soil, in order that they may not be slow in striking root, a stalk of dry thyme should be crushed and after it has been pounded on the day before that on which you wish to use it, you should steep it in water and, when the water has absorbed the juice, it is poured on the stalks of thyme which you have planted, until it makes them quite strong. 41 Marjoram, however, is so full of life that it need not be looked after with any special care. Dittander, when you have planted it out before March 1st, you will be able to cut like leeks, but not so often. After November 1st it will not be possible to cut it, because, if it is damaged in cold weather, it dies; still it will

<sup>c</sup> *Thymus serpyllum*.

<sup>d</sup> Book IX. 4. 6.

si diligenter sartum et stercoratum fuerit. Multis etiam locis vivacitatem suam usque in annos decem prorogat.

- 42 Beta florente Punico malo semine obruitur, et simul atque quinque foliorum est, ut brassica, differatur aestate, si riguus est locus : ac si siccanus, autumnum, cum iam pluviae incesserint, disponi debet.<sup>1</sup> Chaerephyllum, itemque olus atriplicis, quod Graeci vocant ἀνδράφαξιν,<sup>2</sup> circa cal. Octob. obrui oportet non frigidissimo loco. Nam si regio saevas hiemes habet, post idus Februarias semina<sup>3</sup> disserenda sunt, suaque sede patienda. Papaver et anethum eandem habent conditionem sationis, quam chaerephyllum et
- 43 ἀνδράφαξιν. Sativi asparagi, et quam corrudam<sup>4</sup> rustici vocant, semina fere biennio praeparantur. Ea cum pingui et stercoroso loco post idus Februarias sic obrueris, ut quantum tres digiti seminis comprehendere queunt, singulis fossulis deponas, fere post quadragesimum diem inter se implicantur, et quasi unitatem faciunt ; quas radículas sic illigatas<sup>5</sup> atque connexas holitores sphongias appellant. Eas post quattuor et viginti menses in locum apricum et bene
- 44 madidum,<sup>6</sup> stercorosumque transferri convenit. Sulci autem inter se pedali mensura distantes fiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita sphongiolae deprimuntur, ut facile superposita terra<sup>7</sup> germenent. Sed in locis siccis partibus sulcorum imis disponenda sunt semina, ut tanquam in alveolis

<sup>1</sup> debebunt *SAR.*

<sup>2</sup> ΑΝΔΡΑΦΑΞΙΝ *S* : ΑΝΑΡΑΦΑΖΙΝ *A.*

<sup>3</sup> semine *SAR.*

<sup>4</sup> corudam *SAa.*

<sup>5</sup> illigatas *R* : inligas *SA.*

<sup>6</sup> madidum *R* : validum *SA.*

<sup>7</sup> terrae *S* : terre *Aa.*

last for two years if it is carefully hoed and manured ; and in many places it prolongs its natural vigour for as many as ten years.

Beet is put into the ground in the form of seed when 42 the pomegranate flowers, and as soon as it consists of five leaves, it is, like cabbage, transplanted in the summer if the place is well watered ; and, if it is dry, it should be planted out in the autumn when the rains have already come on. Chervil and also orach, which the Greeks call ἀνδράφαξιν,<sup>a</sup> ought to be put in the ground about October 1st and not in a very cold place ; for if the locality has hard winters, the seedlings should be planted out after February 13th and left where they are. For the poppy and the dill the conditions of sowing are the same as for the chervil and orach. The seeds of garden asparagus 43 and what the country folk call *corruda* (wild asparagus) take almost two years to prepare. When you have buried them after February 13th in a rich, well-manured place in such a way that you place in each little trench as much seed as your three fingers can hold, usually after the fortieth day the plants become intertwined and form a kind of single mass, and the little roots thus attached and collected together the gardeners call "sponges." After twenty-four months they should be transplanted to a sunny, well-watered and manured spot. Furrows are then made 44 a foot distant from one another and not more than three-quarters of a foot deep into which the little "sponges" are pressed down so that they may easily spring up when the earth is put over them ; but in dry places the seedlings must be placed in the bottom of the furrows, so that they remain as it were in little

<sup>a</sup> *Atriplex hortensis.*

maneant. At uliginosis e contrario in summo porcae  
 45 dorso collocanda, ne humore nimio laedantur. Primo  
 deinde anno, cum ita consita sunt, asparagum quem  
 emisierunt,<sup>1</sup> infringi oportet. Nam si ab imo vellere  
 volueris, adhuc teneris invalidisque<sup>2</sup> radiculis, tota  
 sphongiola sequetur. Reliquis annis non erit decer-  
 pendus, sed radicitus vellendus. Nam nisi ita fiat,  
 stirpes praefractae angunt<sup>3</sup> oculos sphongiatarum, et  
 quasi excaecant, nec patiuntur asparagum emittere.  
 Ceterum stilus, qui novissime autumnali tempore  
 nascitur, non omnis est tollendus, sed aliqua pars eius  
 46 in semen submittenda. Deinde cum spinam fecerit,  
 electis seminibus ipsis, scopiones<sup>4</sup> ita uti sunt, in suo  
 loco perurendi sunt, et deinde sulci omnes consarri-  
 endi, herbaeque eximendae; mox vel stercus, vel cinis  
 iniciendus, ut tota hieme succus eius cum pluviis  
 manans ad radicem perveniat. Vere deinde prius  
 quam coeperit germinare, capreolis, quod genus bi-  
 cornis ferramenti est, terra commoveatur,<sup>5</sup> ut et  
 facilius stilus emicat, et relaxata humo plenioris  
 crassitudinis fiat radix.

47 Raphani radix bis anno recte<sup>6</sup> seritur, Februario  
 mense, cum vernum fructum expectamus, et Augusto  
 mense circa Vulcanalia, cum maturum. Sed haec  
 satio sine dubio melior habetur. Cura est eius, ut

<sup>1</sup> emisierunt *R*: meminit tunc *S*: meminit tē *A*.

<sup>2</sup> validis *SAR*. <sup>3</sup> angunt *S*: agunt *AR*.

<sup>4</sup> scopiones *Gesner*: scorpiones *SAR*.

<sup>5</sup> commoveantur *SA*.

<sup>6</sup> raphani et recte *om. A*.

<sup>a</sup> August 23rd.

troughs. On the contrary, in swampy ground they  
 must be placed on the topmost back of the ridge, so  
 that they may not suffer from too much moisture.  
 Then in the first year after they have been thus 45  
 planted, the asparagus which they have put forth  
 must be broken off; for if you should pull it up from  
 the bottom while the little roots are still tender and  
 weak, the whole "sponge" will come away as well.  
 In the following years it will have to be pulled up by  
 the roots and not picked; for unless this is done, the  
 broken stalks cause pain to the "eyes" of the  
 "sponges" and as it were blind them and do not allow  
 them to produce any asparagus. However, the stalk,  
 which comes up last of all in the autumn season,  
 should not all be removed but some part should be  
 allowed to grow to provide seed. Then when it has 46  
 formed a spike, after the seeds themselves have been  
 gathered, the haulms, just as they are, should be  
 burnt in their place, and then all the furrows must be  
 hoed and the weeds removed. Directly thereafter  
 either dung or ashes must be thrown on them, so that  
 throughout the winter the moisture percolating  
 through with the rain may reach the roots. Then, in  
 the spring, before the asparagus begins to sprout,  
 the ground should be stirred up with weeding-hoes,  
 which are a two-pronged iron kind of implement, so  
 that the stem may break through more easily and  
 attain to a greater thickness in the loosened soil.

It is correct to sow the radish twice a year, in the 47  
 month of February, when we expect the spring  
 crop, and in the month of August about the time of  
 the festival of Vulcan<sup>a</sup> when we expect the late crop.  
 The latter sowing is undoubtedly considered the  
 better of the two. The method of cultivation is to

terra stercoreta et subacta obruatur : post ubi ceperit aliquid incrementum, subinde aggeretur. Nam si super terram emerit, dura et fungosa fiet.

- 48 Cucumis et cucurbita, cum copia est aquae, minorem curam desiderant : nam plurimum iuvantur humore.<sup>1</sup> Sin autem loco sicco seri debuerint, quo rigationem<sup>2</sup> ministrare non expediat, mense Februario sesquipedali altitudine fossa facienda est. Post idus deinde Martias quasi tertia pars altitudinis sulci stramentis inditis tegenda, mox stercoreta terra usque in dimidium sulcum aggerenda,<sup>3</sup> positisque seminibus tam diu est aqua praebenda, donec enascantur :<sup>4</sup> atque ubi convalescere coeperint, adiecta humo incrementa eorum prosequenda sunt, donec sulcus coaequetur. Sic exulta semina sine rigatione tota aestate satis valebunt, fructumque iucundioris saporis quam rigua praebebunt. Aquosis autem locis primo quoque tempore, non tamen ante calend. Mart. semen ponendum est, ut differri<sup>5</sup> possit aequinoctio confecto. Idque de media parte cucurbitae semen inverso cacumine ponito, ut fiat incrementi vastioris. Nam sunt ad usum vasorum satis idoneae, sicut Alexandrinae cucurbitae, cum exaruerunt. At si esculentae merci praeparabis, recto cacumine de collo cucurbitae sumptum semen serendum erit, quo prolixior et tenuior fructus eius nascatur, qui scilicet<sup>6</sup> maius

<sup>1</sup> umores *A.*

<sup>2</sup> rigatione *SR.*

<sup>3</sup> aggerenda *R.* : aggerenda *S.* : aggerenda *A.*

<sup>4</sup> enascatur *SA.*

<sup>5</sup> differri *a.* : differre *SA.*

<sup>6</sup> scilicet *R.* : si licet *SA.*

sow it in manured and well-worked soil ; then when it has reached some growth, it should be earthed up from time to time ; for if it emerges above ground, it will become hard and full of holes.

The cucumber and gourd require less care when there is plenty of water ; for they take a very great delight in moisture. But if they have had to be sown in a dry place, where it is not easy to supply running water, a ditch one foot and a half deep must be made in the month of February ; then after March 15th about one-third of the depth of the trench must be covered by placing straw in it ; next, well-manured earth must be heaped up so as to fill half the trench and, after the seeds have been put in, water must be supplied until the seeds come up. And when the plants begin to thrive, earth must be added to keep pace with their growth, until the trench is filled to the level of the ground. Thus cultivated the seeds will thrive quite well during the whole summer without irrigation and provide fruit of a pleasanter flavour than if they were watered by irrigation. But in watery places the seeds must be planted as early as possible, though not before March 1st, so that they can be transplanted when the equinox is passed. You should take the seed from the middle of a gourd and place it in the ground with its top inverted, so that it may attain a greater growth ; for the fruits are quite suitable for use as vessels, like the Alexandrian gourds, when they have been thoroughly dried. But if you are growing them to sell for eating, the seed will have to be taken from the neck of the gourd and sown with its top upright, so that the fruit which grows from it may be longer and narrower ; this certainly commands a better price than any

ceteris invenit pretium. Sed custodiendum est, ut quam minime ad eum locum,<sup>1</sup> in quo vel cucumeres aut cucurbitae consistae sunt, mulier admittatur. Nam fere contactu eius languescunt incrementa virentium. Si vero etiam in menstruis fuerit, visu<sup>2</sup> quoque suo novellos fetus necabit.<sup>3</sup> Cucumis tener et iucundissimus<sup>4</sup> fit, si ante quam seras, semen eius lacte maceres. Nonnulli etiam quo dulcior existat, aqua mulsa idem faciunt. Sed qui praematurum fructum cucumeris habere volet, confecta bruma stercoratum terram inditam cophinis offerat, modicumque praebeat humorem. Deinde cum enata semina fuerint, tepidis diebus et insolatis iuxta aedificium sub divo ponat, ita ut ab omni afflatu protegantur. Ceterum frigoribus ac tempestatibus sub tectum referat: idque tamdiu faciat, dum aequinoctium vernum confiat. Postea totos cophinos demittat in terram. Sic enim praecoquem fructum<sup>52</sup> habebit. Possunt<sup>5</sup> etiam, si sit operae pretium, vasis maioribus rotulae subici, quo minore labore producantur, et rursus intra tecta recipiantur. Sed nihilo minus specularibus integri debebunt,<sup>6</sup> ut etiam<sup>53</sup> frigoribus serenis diebus tuto producantur ad solem. Hac ratione fere toto anno Tiberio Caesari cucumis praebatur. Nos autem leviori opera istud fieri apud Aegyptiae gentis Bolus Mendesium<sup>7</sup> legimus, qui praecipit aprico et stercoroso loco alternis

<sup>1</sup> locum *om. SA.*

<sup>2</sup> visu *R: viso AS.*

<sup>3</sup> necabit *R: nacavit S: negavit A.*

<sup>4</sup> iucundissimus *R: -is SA.*

<sup>5</sup> possint *S.*

<sup>6</sup> integri debebunt ut *R: inintegi debebuntur S: inintegi debebunt ut A.*

<sup>7</sup> volum mendisiū *A: volumendesiū S.*

other. Care, however, must be taken that a woman is admitted as little as possible to the place where the cucumbers and gourds are planted; for usually the growth of green-stuff is checked by contact with a woman; indeed if she is also in the period of menstruation, she will kill the young produce merely by looking at it. A cucumber becomes tender and<sup>51</sup> most pleasant to the taste if you were to soak the seed in milk before you sow it; some people also employ mead in the same way to make the cucumber sweeter. Anyone who wishes to have the fruit of the cucumber ripe earlier than usual should, when mid-winter is past, produce well-manured soil enclosed in baskets and give it a moderate amount of water; then, when the seeds have come up, he should place the baskets in the open air on warm and sunny days near a building, so that they may be protected from any blasts of wind; but, if it is cold and stormy, he should bring them back under cover and continue to do so until the spring equinox is over. He should then sink the whole baskets into the ground. He will thus have early fruits. It is also possible, if it be worth the<sup>52</sup> trouble, for wheels to be put under larger vessels, so that they may be brought out and taken indoors again with less labour. In any case the vessels ought to be covered with panes of glass, so that even in cold weather, when the days are clear, they may safely be brought out into the sun. By this method<sup>53</sup> Tiberius Caesar was supplied with cucumbers during almost the whole year. But we read in Bolus of Mendes,<sup>a</sup> the Egyptian writer, that this end can be achieved with much less trouble; for he advises us to have in our garden, on a site open to the sun and

<sup>a</sup> A town on the Egyptian coast.

ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis consitas habere: deinde eas<sup>1</sup> confecto aequinoctio paululo<sup>2</sup> infra terram secare, et ligneo stilo laxatis vel rubi vel ferulae medullis stercus immittere, atque ita semina cucumeris inserere, quae scilicet incremento suo coeant rubis et ferulis. Nam ita non sua, sed quasi materna<sup>3</sup> radice aluntur: sic insitam stirpem frigoribus quoque cucumeris praebere fructum. Satio secunda eius seminis fere Quinquatribus observatur.

54 Capparis plurimis provinciis sua sponte novalibus nascitur. Sed quibus locis eius inopia est, si serenda fuerit, siccum locum desiderabit. Itaque debet ante circumdari fossula, quae repleatur lapidibus et calce, vel Punico luto, ut sit quasi quaedam lorica, ne possint eam perumpere praedicti seminis frutices, qui fere per totum agrum vagantur, nisi munimento aliquo prohibiti sunt. Quod tamen non tantum incommodum est subinde enim possunt extirpari quantum, quod noxium virus<sup>4</sup> habent, succoque suo sterile solum reddunt. Cultu aut nullo aut levissimo<sup>5</sup> contenta est, quippe quae res etiam in desertis agris citra rustici operam convalescat.<sup>6</sup> Seritur utroque aequinoctio.

55 Cepina magis frequenter subactam postulat terram quam altius conversam. Itaque ex calendis Novembribus proscindi solum debet, ut hiemis

<sup>1</sup> eas R: ex SA.

<sup>2</sup> paululo S: -um AR.

<sup>3</sup> macerata SAR.

<sup>4</sup> vires A.

<sup>5</sup> levissimo R: novissimo SA.

<sup>6</sup> convalescat S: -it AR.

well-manured, fennels and brambles planted in alternate rows, and then, when the equinox is past, to cut them a little below the surface of the ground and, after loosening with a wooden prong the pith of the bramble or fennel, to put dung into them and thus insert the cucumber-seeds, so that, as they grow, they may unite with the brambles and fennels, for by this method, they are nourished not from their own roots but from what may be called the mother-root; and the stock thus engrafted yields the fruit of the cucumber even in cold weather. The season observed for the second sowing is about the time of the festival of the Quinquatria.<sup>a</sup>

The caper-plant in most provinces grows of its own 54 accord on fallow land; but in places where it is scarce, if it has to be sown, it will require dry ground. And so it will have to be surrounded beforehand by a small ditch, which should be filled with stones and lime or Carthaginian clay, so as to form a kind of breast-work, so that the bushes which grow from the aforesaid seed may not break their way out; for they usually 55 wander over the whole ground, unless there is some barrier to prevent them. This is not so much an inconvenience in itself, for they can be rooted out from time to time, as that they contain a harmful poison and with their juice make the soil barren. The caper is content with very slight cultivation or none at all; for it thrives even in deserted fields without any effort on the part of the husbandman. It is sown at the time of the two equinoxes.

An onion-bed requires soil that has been frequently 56 broken up rather than turned over to any depth. Therefore from November 1st onwards the ground ought to be cut up, so that it may crumble with the cold

<sup>a</sup> The greater Quinquatria in honour of Minerva were celebrated on March 19th to 23rd.

frigoribus et gelicidiis putrescat, intermissisque  
 quadraginta diebus tum demum iterari, et inter-  
 positis uno ac viginti diebus tertiarum, et protinus  
 stercorari: mox bidentibus aequaliter perfossum in  
 57 areas disponi, deletis<sup>1</sup> radicibus omnibus. Deinde  
 ad calendas Februarias sereno die conveniat semina  
 spargi: quibus aliquid satureiae semen intermis-  
 cendum erit, ut eam quoque habeamus. Nam et  
 viridis esui est iucunda, nec arida inutilis ad pulmen-  
 taria condienda. Sed cepina vel saepius, certe non  
 minus debet quam quater sarriri. Cuius si semen  
 excipere voles, capita maxima generis ascalonii,  
 quod est optimum, mense Februario disponito,<sup>2</sup>  
 quaternorum vel etiam quinum digitorum spatiis  
 58 distantia: et cum coeperint<sup>3</sup> virere,<sup>4</sup> ne minus ter  
 consarrito:<sup>5</sup> deinde<sup>6</sup> cum fecerint caulem, humili-  
 oribus quasi canteriolis interpositis rigorem<sup>7</sup> stilorum  
 conservato. Nam nisi harundines transversas in  
 modum iugatae vineae<sup>8</sup> crebras disposueris, thalli  
 ceparum ventis prosternentur, totumque semen  
 excutietur: quod scilicet non ante legendum est,  
 quam cum maturescere coeperit, coloremque nigrum  
 habere. Sed nec patiendum est, ut perarescat, ut  
 totum decidat, verum integri thalli vellendi sunt, et  
 sole siccandi.

59 Napus et rapa duas sationes, habent, et eandem  
 culturam, quam raphanus. Melior est tamen satio

<sup>1</sup> disponi dilectus *S*: dispondilectus *Aa*.

<sup>2</sup> dispositio *SA*.

<sup>3</sup> coeperit *SA*.

<sup>4</sup> virere *R*: vivere *S*: videre *A*.

<sup>5</sup> consarrito *R*: inconserito *SA*.

<sup>6</sup> deinde *R*: die in die *SA*.

<sup>7</sup> rigoribus *SAR*.

<sup>8</sup> vinea *SA*.

and frosts of winter; then after an interval of forty  
 days, and not before, the process should be re-  
 peated, and again carried out for a third time  
 twenty-one days later, and the ground manured  
 immediately afterwards; then, after having been  
 forked up equally all over, it should be arranged in  
 beds, all the roots having been destroyed. Next 57  
 towards February 1st on a calm day it would be  
 a suitable time for the seed to be scattered, with  
 which some savory-seed will have to be mixed, so  
 that we may have some of this also; for it is both  
 pleasant to eat when it is green and, when dried,  
 is not without its uses for seasoning relishes. The  
 onion-bed ought to be hoed not less than four  
 times or even oftener. If you wish to procure seed,  
 plant in the month of February the largest heads of  
 the "un-dug"<sup>a</sup> variety, which is the best, four or  
 even five inches apart, and when they have begun to  
 show green, hoe them not less than three times; then 58  
 when they have formed a stalk, preserve the stiffness  
 of their shoots by placing rather low trellis-work among  
 them. For unless you place reeds crosswise near to  
 one another, like frames in a vineyard, the stalks of  
 the onions will be blown down by the wind and all the  
 seed will be shaken out, which certainly ought not to  
 be gathered until it has begun to ripen and to have  
 a black colour. But you must not allow it to dry up  
 entirely, so that it all falls on to the ground, but the  
 stalks must be pulled off intact and dried in the sun.

There are two sowings of the navew and turnip, 59  
 and they have the same cultivation as the radish;  
 the better sowing-time, however, is the month of

<sup>a</sup> See page 207, note *b*.

mensis Augusti. Iugerum agri quattuor sextarios seminis eorum poscit, sed ita ut radicis Syriacae<sup>1</sup> super hanc mensuram paulo plus quam heminam  
 60 seminis recipiat. Qui aestate ista seret, caveat, ne propter siccitates pulvis adhuc tenera folia prorepentia consumat. Idque ut vitetur, pulvis, qui supra cameram<sup>2</sup> invenitur, vel etiam fuligo, quae supra focos tectis inhaeret, colligi debet: deinde pridie quam satio fiat, commisceri cum seminibus, et aqua conspergi, ut tota nocte succum trahant. Nam sic  
 61 macerata postero die recte obserentur.<sup>3</sup> Veteres quidam auctores, ut Democritus, praecipiunt, semina omnia succo herbae quae sedum appellatur medicare, eodemque remedio adversus bestiolas uti: quod verum esse nos experientia docuit. Sed frequentius tamen, quoniam huius herbae larga non<sup>4</sup> est facultas, fuligine et praedicto pulvere<sup>5</sup> utimur, satisque commode tuemur his incolumitatem plan-  
 62 tarum. Rapae semina Hyginus putat post trituram iacentibus adhuc in area paleis<sup>6</sup> inspergi debere, quoniam fiant<sup>7</sup> laetiora capita, cum<sup>8</sup> subiaccens soli duritia non patiatur<sup>9</sup> in altum descendere. Nos istud saepe frustra tentavimus: itaque sicut rapha-

<sup>1</sup> surice *R*: urice *SA*.

<sup>2</sup> caram *SA*<sup>1</sup>: cameram *A*<sup>2</sup>.

<sup>3</sup> obserentur *Sc*: -untur *AR*: observetur *a*.

<sup>4</sup> larga non *SA*: minus larga *R*.

<sup>5</sup> pluere *S*: plure *A*.

<sup>6</sup> paleas *A*.

<sup>7</sup> fiant *S*: fiunt *AR*.

<sup>8</sup> cum *om.* *SA*.

<sup>9</sup> patiatur *SAa*: patitur *R*.

August. A *iugerum* of land requires four *sextarii* of their seed, provided that it receives in addition to this amount a little more than a *hemina* of Syrian radish-seed. He who sows this seed in the summer must  
 60 beware lest, as a result of drought, the ground-flea<sup>a</sup> does not devour the still tender leaves as they creep forth. To prevent this, the powder which is found above an arched roof or even the soot which adheres to the ceiling above the hearth should be collected; then, the day before the sowing takes place, it should be mixed with the seeds and sprinkled with water, so that they may have a whole night to absorb the juice; for if they are soaked in this way they will be in good condition for sowing the next day. Some  
 61 ancient authorities, Democritus<sup>b</sup> for example, advise that all seeds should be doctored with the juice of the herb which is called house-leek<sup>c</sup> and that the same remedy should be used against small vermin, and experience has taught us that this is true. For all that, since there is not a large quantity of this plant available, we more frequently use soot and the above-mentioned powder and thus satisfactorily ensure that the plants are not damaged. Hyginus<sup>d</sup> is of  
 62 opinion that, after threshing, turnip-seeds ought to be scattered on the chaff that is still lying on the threshing-floor, since they make the heads grow more luxuriantly, because the hardness of the soil underneath does not allow the roots to penetrate deep into the earth. We have often tried this experiment without success, and so hold to the opinion that

<sup>a</sup> See Pliny, *N.H.* XIX. § 117.

<sup>b</sup> See note on Ch. 3. 2.

<sup>c</sup> *Sempervivum tectorum* and *S. arboreum*.

<sup>d</sup> See note on Book I. 1. 13.



num et napum melius existimamus subacta terra obrui,<sup>1</sup> servantque<sup>2</sup> adhuc antiquorum consuetudinem religiosiores agricolae, qui cum ea serunt, precantur, ut et sibi et vicinis nascantur.<sup>3</sup> Locus frigidis, ubi timor est, ne autumnalis satio<sup>4</sup> hiemis gelicidiis peruratur,<sup>5</sup> harundinibus humiles canterii fiunt virgaeque, et virgis stramenta supra iaciuntur, et sic a pruinis semina defenduntur. Ubi vero apricis regionibus post pluvias noxia incesserunt animalia, quae a nobis appellantur erucae, Graece autem κάμψαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices holerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt. Id tamen supervacuum est facere, si ante sationem semina, uti iam praedixi, succo herbae sedi macerata sunt. Nihil enim sic medicatis nocent erucae. Sed Democritus in eo libro, qui Graece inscribitur Περὶ ἀντιπαθῶν,<sup>6</sup> affirmat has<sup>7</sup> ipsas bestialas enecari, si mulier, quae in menstruis est, solutis crinibus et nudo pede unamquamque aream ter circumeat: post hic enim decidere omnes vermiculos,<sup>8</sup> et ita emori.

65 Hactenus praecipendum existimavi de cultu horticorum et officii villici; quem quamvis instructum atque<sup>9</sup> eruditum omni opere rustico esse oportere prima parte huius exordii censuerim; quoniam tamen plerumque evenit, ut eorum quae didice-

radishes and navew are better sown in well-worked soil; and the more pious husbandmen still observe the custom of the men of old time and pray, when they sow them, "that they may grow both for themselves and for their neighbours." In cold regions, 63 where men are afraid that the autumn sowing may be nipped by the frosts of winter, low trellises are constructed with reeds, and rods are thrown in and straw on the top of the rods, and thus the plants are protected from frosts. But in sunny districts where after rain the noxious animals which we call caterpillars and the Greeks name κάμψαι, attack the plants, they ought either to be picked by hand or the bushes of vegetable ought to be well shaken in the early morning; for, if the caterpillars thus fall to the ground when they are still torpid from the night's cold, they no longer creep into the upper part of the plants. However, it is unnecessary to do this, if, as 64 I have already said, the seeds, before they are sown, have been soaked in the juice of the herb known as the house-leek; for when the seeds have been thus treated the caterpillars do not harm them. Democritus in the book entitled "On Antipathies" declares that these selfsame little vermin are killed if a woman, who is in the condition of menstruation, walks three times round each bed with her hair loose and her feet bare; for after this all the little worms fall to earth and so die.

Thus far I have deemed it proper to give advice 65 about the cultivation of gardens and the duties of a bailiff, and though I have expressed the opinion in the first part of this treatise that he ought to be instructed and learned in every operation of agriculture, nevertheless, since it generally happens that the recollec-

<sup>1</sup> obruit *A.*

<sup>2</sup> servantq; *R*: servaritque *SA.*

<sup>3</sup> nascatur *SAR.*

<sup>4</sup> autumnali spatio *SAR.*

<sup>5</sup> perurantur *SA.*

<sup>6</sup> ΠΕΡΙΑΝΤΙΠΑΘΩΝ *S*: ΠΕΡΑΝΤΙΠΑΤΩΝ *A.*

<sup>7</sup> has *R*: hos *SA.*

<sup>8</sup> vermiculas *Aa.*

<sup>9</sup> instructum atque *om. S.*

rimus, memoria nos deficiat, eaque saepius ex commentariis renovanda sint, omnium librorum meorum argumenta subieci, ut cum res exegisset, facile reperiri possit, quid in quoque quaerendum, et qualiter quidque faciendum sit.

---

<sup>a</sup> The final paragraph of this book seems to show that the author intended to have concluded his work at this point and therefore added a kind of index or summary of the contents of the first eleven books, like those given by Pliny the Elder

tion of the things which we have learned fails us and must be renewed rather often from written notes, I have added below a list of the contents of all my books in order that, whenever necessity arises, it may be easily possible to discover what is to be found in each of them and how each task should be carried out.<sup>a</sup>

and Aulus Gellius. If this was so, it appears that, when he added Book XII, he did not transfer the summary to the end of Book XII, nor did he alter the final paragraph of Book XI. The index has not survived.

**BOOK XII**

## LIBER XII

### PRAEFATIO

Xenophon Atheniensis eo libro, P. Silvine, qui Oeconomicus inscribitur, prodidit maritale coniugium sic comparatum esse natura, ut non solum iucundissima, verum, etiam utilissima vitae societas iniretur: nam primum,<sup>1</sup> quod etiam Cicero ait, ne genus humanum temporis longinquitate occideret, propter hoc marem cum femina esse coniunctum: deinde ut ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis, nec minus propugnacula, praeparentur.

2 Tum etiam, cum victus et cultus humanus non uti feris in propatulo ac silvestribus locis, sed domi sub tecto accurandus erat, necessarium fuit alterutrum foris et sub dio esse, qui labore et industria compararet, quae tectis reconderentur. Siquidem vel rusticari, vel navigare, vel etiam genere alio negotiari necesse erat, ut aliquas facultates acquireremus. Cum vero paratae res sub tectum essent congestae, alium esse oportuit, qui et illatas custodiret, et ea conficeret opera, quae domi deberent administrari.

3 Nam et fruges ceteraque alimenta terrestria in-

<sup>1</sup> iam pridem *SAac.*

---

<sup>a</sup> Ch. VII. 19 ff.

<sup>b</sup> In his translation (which has not survived) of Xenophon's *Oeconomicus*.

## BOOK XII

### PREFACE

Xenophon, the Athenian, in the book, Publius <sup>Pref. acc.</sup> Silvinus, which is entitled *Oeconomicus*,<sup>a</sup> declared that the married state was instituted by nature so that man might enter what was not only the most pleasant but also the most profitable partnership in life. For in the first place, as Cicero<sup>b</sup> also says, man and woman were associated to prevent the human race from perishing in the passage of time; and, secondly, in order that, as a result of the same association, mortals might be provided with help and likewise with defence in their old age. Furthermore, since 2 man's food and clothing had to be prepared for him, not in the open air and in woods and forests, as for the wild animals, but at home and beneath a roof, it became necessary that one of the two sexes should lead an outdoor life in the open air, in order that by his toil and industry he might procure provisions which might be stored indoors, since indeed it was necessary to till the soil or to sail the sea or to carry on some other form of business in order that we acquire some worldly substance. When, however, the goods thus secured had been stored under cover, there had to be someone else to guard them after they had been brought in and to carry on the operations which ought to be performed at home. For 3 corn and the other forms of food provided by the

digebant tecto,<sup>1</sup> et ovium ceterarumque pecudum fetus, atque fructus clauso custodiendi erant, nec minus reliqua utensilia, quibus aut alitur hominum  
 4 genus, aut etiam excolitur. Quare cum et operam et diligentiam ea quae proposuimus, desiderarent, nec exigua cura foris acquirerentur, quae domi custodiri oporteret: iure, ut dixi, natura comparata est<sup>2</sup> mulieris ad domesticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forensem et extraneam. Itaque viro calores et frigora perpetienda, tum etiam itinera et labores pacis ac belli, id est rusticationis et mili-  
 5 tarium stipendorum deus tribuit: mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc sexum custodiae<sup>3</sup> et diligentiae assignaverat, idcirco timidiores reddidit quam virilem. Nam metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi.  
 6 Quod autem necesse erat foris et in aperto victum quaerentibus nonnumquam iniuriam propulsare, idcirco virum quam mulierem fecit audaciorum. Quia vero partis opibus aequae fuit opus memoria<sup>4</sup> et diligentia, non minorem feminae quam viro earum rerum tribuit possessionem. Tum etiam quod simplex natura non omnes res commodas amplecti volebat,<sup>5</sup> idcirco alterum alterius indigere voluit: quoniam quod alteri deest,<sup>6</sup> praesto plerumque est alteri.  
 7 Haec in Oeconomico Xenophon, et deinde Cicero, qui eum Latinae consuetudini tradidit, non<sup>7</sup> inutiliter

<sup>1</sup> tecto ac: tecti SA.

<sup>2</sup> opera post comparata est add. SAac.

<sup>3</sup> custodiae ac: custodia SA.

<sup>4</sup> memoriam SA: memoria ac.

<sup>5</sup> volebat SAac: valebat Schneider.

<sup>6</sup> quoniam quod alteri deest ac: quod quia alteri id est SA.

<sup>7</sup> non ac: quod SA.

earth needed a roof over them, and the young of sheep and of the other kinds of cattle, and fruits, and also all else that is useful for the sustenance and tending of mankind had to be safely kept in security. Where-  
 4 fore, since the duties which we have described call for both labour and diligence, and since the acquisition of those things which have to be safeguarded at home calls for no small amount of attention out of doors, it is only right, as I have said, that the female sex has been provided for the care of the home, the male for out-of-doors and open-air activities. God, therefore, has assigned to man the endurance of heat and cold and the journeys and toils of peace and war, that is, of agriculture and military service, while he  
 5 has handed over to woman, since he had made her unsuited to all these functions, the care of domestic affairs. And since he had assigned to the female sex the duties of guardianship and care, he made woman on this account more timid than man, since fear conduces very greatly to careful guardianship. On  
 6 the other hand, since it was necessary for those who sought for food out of doors in the open air sometimes to repel attacks, God made man bolder than woman. But seeing that, after they had acquired substance, memory and attention were equally necessary to both sexes, God granted no smaller a share of these qualities to women than to men. Then, too, because nature in her simplicity did not wish either sex to enjoy the possession of every advantage, she desired that each should have need of the other, since what one lacks is generally present in the other.

These were the views not unprofitably expressed  
 7 by Xenophon in the *Oeconomicus* and by Cicero, who translated his work into the Latin language. For

disseruerunt. Nam et apud Graecos, et mox apud Romanos usque in patrum nostrorum memoriam fere domesticus labor matronalis fuit, tamquam ad requiem forensium exercitationum omni cura deposita patribusfamilias<sup>1</sup> intra domesticos penates se recipientibus. Erat enim summa reverentia cum concordia et diligenter mixta, flagrabatque mulier pulcherrima aemulatione,<sup>2</sup> studens negotia viri cura sua maiora atque meliora reddere. Nihil conspiciebatur in domo dividuum, nihil quod aut maritus, aut femina proprium esse iuris sui diceret: sed in commune conspirabatur<sup>3</sup> ab utroque,<sup>4</sup> ut cum forensibus negotiis, matronalis industria rationem parem faceret. Itaque nec villici quidem aut villicae magna erat opera, cum ipsi domini quotidie negotia sua reviserent atque administrarent. Nunc vero cum pleraeque<sup>5</sup> sic luxu et inertia diffluant, ut ne lanificii<sup>6</sup> quidem curam suscipere dignentur, sed domi confectae vestes fastidio sint, perversaque cupidine maxime placeant, quae grandi pecunia et totis paene censibus redimuntur: nihil mirum est, easdem ruris et instrumentorum agrestium cura gravari, sordidissimumque negotium ducere paucorum dierum in villa moram. Quam ob causam cum in totum non solum exoleverit, sed etiam occiderit vetus ille matrumfamiliarum mos Sabinarum atque Romanarum, necessaria irrepsit villicae cura, quae tueretur officia matronae: quoniam et villici

<sup>1</sup> patribus familias *ac*: patribus familiis *SA*.

<sup>2</sup> aemulatione *ac*: -es *SA*.

<sup>3</sup> conspirabatur *c*: conspiciebatur *SAa*.

<sup>4</sup> utroque *ac*: utraque *SA*.

<sup>5</sup> pleraeque *a*: plerique *c*: pleraeque *SA*.

<sup>6</sup> lanificii *Ac*: lanifici *a*: lanificiis *S*.

both amongst the Greeks and afterwards amongst the Romans down to the time which our fathers can remember domestic labour was practically the sphere of the married woman, the fathers of families betaking themselves to the family fireside, all care laid aside, only to rest from their public activities. For the utmost reverence for them ruled in the home in an atmosphere of harmony and diligence, and the most beautiful of women was fired with emulation, being zealous by her care to increase and improve her husband's business. No separate ownership was to be seen in the house, nothing which either the husband or the wife claimed by right as one's own, but both conspired for the common advantage, so that the wife's diligence at home vied with the husband's public activities. Thus there was not much for the bailiff or the bailiff's wife to do, since the master and mistress themselves daily watched over and directed their own affairs. Nowadays, however, when most women so abandon themselves to luxury and idleness that they do not deign to undertake even the superintendence of wool-making and there is a distaste for home-made garments and their perverse desire can only be satisfied by clothing purchased for large sums and almost the whole of their husband's income, one cannot be surprised that these same ladies are bored by a country estate and the implements of husbandry, and regard a few days' stay at a country house as a most sordid business. Therefore, since the ancient practice of the Sabine and Roman mistresses of households has not only become entirely out of fashion but has absolutely died out, management by a bailiff's wife has of necessity crept in to carry out the duties of the proprietor's wife, just as

quoque successerunt in locum dominorum, qui quondam prisca consuetudine non solum coluerant, sed habitaverant rura. Verum, ne videar intempestive censorium opus<sup>1</sup> obiurgandis<sup>2</sup> moribus nostrorum temporum suscepisse, iam nunc officia villicae persequar.

I. Ea porro (ut institutum ordinem teneamus, quem<sup>3</sup> priore volumine inchoavimus) iuvenis esse debet, id est non nimium puella, propter easdem causas, quas de aetate villici retulimus: integrae quoque valitudinis, nec foedi habitus, nec rursus pulcherrima. Nam illibatum robur et vigiliis et aliis sufficiet laboribus: foeditas fastidiosum, nimia<sup>2</sup> species desidiosum faciet eius contubernalem. Itaque curandum est, ut nec vagum villicum et aversum a contubernio suo habeamus, nec rursus intra tecta desidem, et complexibus adiacentem feminae. Sed nec haec tantum, quae diximus, in villica custodienda<sup>3</sup> sunt. Nam in primis considerandum erit, an a vino, ab escis, a superstitionibus, a somno, a viris remotissima sit, et ut cura<sup>4</sup> eam subeat, quid meminisse, quid in posterum prospicere debeat, ut fere eum morem servet, quem villico praecepimus: quoniam pleraque similia esse debent in viro atque femina, et tam malum vitare, quam praemium recte factorum sperare. Tum elaborare, ut quam minimam operam

<sup>1</sup> censorium opus *ac*: censuri *SA*.

<sup>2</sup> obiurgandibus *A*.

<sup>3</sup> quem *ac*: quae *SA*.

<sup>4</sup> cura *ac*: cure *SA*.

bailiffs too have succeeded to the position of the owners of property who formerly had followed the ancient custom of not only cultivating their estates but living on them. But that I may not appear to have unseasonably taken upon myself the task of censor in reproving the manners of our own times, I will now describe the duties of a bailiff's wife.

I. Moreover, (that we may keep to the order laid down, which we first employed in the preceding book) a bailiff's wife ought to be young, that is not too much of a girl, for the same reasons as we mentioned when speaking of the age of a bailiff. She ought also to have sound health and neither have an ugly appearance nor on the other hand be very beautiful; for unimpaired strength will suffice for long vigils and other toils, and ugliness will disgust her mate, while excessive beauty will make him slothful. So care<sup>2</sup> must be taken that our bailiff is not of a wandering nature and does not avoid his wife's company, and that, on the other hand, he does not waste his time indoors and never far from her embraces. But these points which I have indicated are not the only ones to be looked for in a bailiff's wife; for it is of the first importance to observe<sup>3</sup> whether she is far from being addicted to wine, greediness, superstition, sleepiness, and the society of men, and whether she readily grasps what she ought to remember and what she ought to provide for the future, in order that she may in general maintain the manner of life which we have laid down for the bailiff; for the husband and wife ought to resemble one another in most respects and, they should as much avoid evil, as they hope for the reward of work well done. Then she ought so to labour that the bailiff

The choice and duties of a bailiff's wife.

villicus intra tectum impendat, cui et primo mane cum familia prodeundum est, et crepusculo peractis operibus fatigato redeundum.

4 Nec tamen instituendo villicam domesticarum rerum villico remittimus curam, sed laborem eius adiutrice data levamus. Ceterum munia, quae domi capessuntur, non in totum muliebri officio relinquenda sunt, sed ita deleganda ei, ut identidem oculis villici custodiantur. Sic enim diligentior erit villica, si meminerit ibi<sup>1</sup> esse, cui ratio frequenter reddenda 5 sit. Ea porro persuasissimum habere debet aut in totum aut certe plurimum domi se morari oportere: tum quibus aliquid in agro faciendum erit servis, eos foras emittere; quibus autem in villa quid agendum videbitur, eos<sup>2</sup> intra parietes continere, atque animadvertere, ne diurna cessando<sup>3</sup> frustrentur opera: quae domum autem inferuntur, diligenter inspicere, ne delibata sint, et ita explorata atque inviolata recipere: tum separare, quae consumenda sunt, et quae superferri possunt, custodire, ne 6 sumptus annuus<sup>4</sup> menstruus fiat. Tum si quis ex familia coeperit adversa valetudine affici, videndum erit ut is quam commodissime ministretur. Nam ex huiusmodi cura nascitur benevolentia, nec minus obsequium. Quinetiam fidelius quam prius servire student, qui convaluerint, cum est aegris adhibita diligentia.

<sup>1</sup> villica si meminerit ibi *om. SA.*

<sup>2</sup> eos: *SAac.*

<sup>3</sup> cessendo *SA.*

<sup>4</sup> annuus *ac*: annus *SA.*

may have as little as possible to do indoors, since he ought to go forth early in the morning with the slaves and return weary at twilight, when his work is done.

However, while we fix the duties of the bailiff's 4 wife, we do not relieve the bailiff of responsibility for household matters but merely lighten his task by giving him an assistant. In fact the duties which are undertaken at home must not be left entirely to be carried out by the woman but must be so delegated to her that they are at the same time watched over by the bailiff's eye. For she will be more diligent if she remembers that there is someone on the spot to whom a frequent account must be rendered. Also 5 she will have to be absolutely convinced that she must remain entirely, or at any rate for the most part, at home; and that she must send out of doors those slaves who have some work to do in the fields, and keep within the walls those for whom it seems that there is some duty to perform in the villa; and she must see that the daily tasks are not spoilt by inaction. She must carefully inspect everything that is brought into the house to see that it is not damaged, and receive it after it has been examined and found intact; then she must set apart what has to be consumed and guard what can be placed in reserve, so that the provision for a year may not be spent in a month. Again, if any member of the household is beginning 6 to be affected by bad health, she will have to see that he is given the most suitable treatment; for attention of this kind is a source of kindly feeling and also of obedience. Moreover, those who have recovered their health, after careful attention has been given them when they were ill, are eager to give more faithful service than before.



II. Post haec meminisse debebit, quae inferantur, ut idoneis et salubribus locis recondita sine noxa permaneant. Nihil enim magis curandum est, quam praeparare, ubi quidque reponatur, ut, cum opus sit, promatur. Ea loca qualia esse debeant, et in primo volumine, cum villam constitueremus et in undecimo, cum de officio villici<sup>1</sup> disputarem, iam dicta sunt. 2 Sed ne nunc quidem demonstrare breviter pigebit. Nam quod excelsissimum est conclave, pretiosissima vasa et vestem desiderat: quod denique horreum siccum atque aridum, frumentis habetur idoneum: quod frigidum, commodissime vinum custodit: quod bene illustre, fragilem supellectilem atque ea 3 postulat opera, quae multi luminis indigent. Praeparatis igitur receptaculis, oportebit suo quidque loco generatim, atque etiam specialiter nonnulla disponere: quo facilius, cum quid expostulabit usus, reperiri<sup>2</sup> possit. Nam vetus est proverbium, paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeas,<sup>3</sup> uti eo non posse, quia ignoretur, ubi proiectum iaceat quod desideratur. Itaque in re familiari laboriosior 4 est negligentia, quam diligentia. Quis enim dubitet nihil esse pulchrius in omni ratione vitae dispositione atque ordine? quod etiam ludicris spectaculis licet saepe cognoscere. Nam ubi chorus canentium non ad certos modos neque numeris praeceuntis magistri consensit, dissonum quiddam ac tumultuosum audi-

<sup>1</sup> de officio villici ac: de villico SA.

<sup>2</sup> recipere SAac.

<sup>3</sup> indigeas ac: -at SA.

II. Next she will have to remember what is brought into the house that these things be stored in suitable and healthy places and so remain without damage; for nothing is more important than to be sure to provide a place where each article may be laid by, so that it may be produced when required. We have already described in the first book, when we dealt with the structure of the farm, and in the eleventh book, when we discussed the duties of the bailiff, what should be the nature of these storage-places; but it will do no harm briefly to describe them again 2 here. The highest room in the house claims the most precious vessels and clothing; a granary which is dry and free from moisture is considered suitable for cereals; a cold place is best adapted for keeping wine; a well-lighted room calls for the use of delicate tools and the performance of tasks which require plenty of light. When, therefore, the receptacles 3 have been prepared, it will be necessary to arrange each article in its place according to its kind, and some things, too, in separate sections each of the same kind, so that they may be more easily found when they are required for use. For there is an ancient proverb that the surest kind of poverty occurs when you need something but cannot have the use of it, because you do not know where the object which you require lies carelessly thrown down. Thus in family life carelessness gives more trouble than care. For who can doubt 4 that there is nothing more beautiful in the whole conduct of life than arrangement and order? We can often remark this at public performances. For when a choir of singers does not agree in certain measures nor keep time with the master who directs them, they seem to their audience to be singing something dis-

The management of provisions and store-houses.

entibus canere videtur: at ubi certis numeris ac pedibus velut facta conspiratione consensit atque concinuit, ex eiusmodi vocum concordia non solum ipsis canentibus amicum quiddam et dulce resonat, verum etiam spectantes audientesque laetissima voluptate permulcentur. Iam vero in exercitu neque miles neque imperator sine ordine ac dispositione quidquam valet explicare, cum armatus inermem, eques peditem, plaustrum equitem, si sint permixti, confundant. Haec eadem ratio praeparationis atque ordinis etiam in navigiis plurimum valet. Nam ubi tempestas incessit, et est rite disposita navis, suo quidque ordine locatum armamentum sine trepidatione minister promit, cum est a gubernatore postulatum. Quod si tantum haec possunt vel in theatris vel in exercitibus vel etiam in navigiis, nihil dubium est, quin cura villicae ordinem dispositionemque rerum, quas reponit, desideret. Nam et unumquodque<sup>1</sup> facilius consideratur, cum est assignatum suo loco, et siquid forte abest, ipse vacuus locus admonet, ut quod deest requiratur. Siquid vero curari aut concinnari oportet, facilius intelligitur, cum ordine suo recensetur.<sup>2</sup> De quibus omnibus M. Cicero auctoritatem Xenophontis secutus in *Oeconomico*<sup>3</sup> sic inducit Ischomachum sciscitanti Socrati narrantem.

III. Praeparatis idoneis locis instrumentum et suppellectilem distribuere coepimus: ac primum ea

<sup>1</sup> unumquodque *SA*: unumquodque *ac*.

<sup>2</sup> recensetur *Aac*: recensetur *S*.

<sup>3</sup> *Oeconomico ac*: -os *SA*.

cordant and confused; but when the singers agree with definite numbers and beats, as though they had conspired together to do so, and sing together, from such a concord of voices not only is a sound produced which is pleasant and delightful to the singers themselves, but the spectators and audience are also charmed by a feeling of delightful pleasure. In an army, too, neither the soldier nor the general can carry out any movement if order and arrangement are lacking, since, if they are mixed together, the armed man will throw the unarmed into disorder, the horseman the foot soldier and the transport the cavalry. This same system of preparation and order is also of great value on ship-board; for, when a storm comes on and a ship is properly organized, the boatswain produces without any confusion each article of tackling which is arranged in its proper place, on the demand of the helmsman. Now if such conditions are so effective in theatres, armies and also in ships, there can be no doubt that the duties of a bailiff's wife require order and arrangement in the things which she stores away. For, when each individual object is assigned to its own place, it attracts the attention more easily, and, if anything happens to be absent, the empty space itself warns us to look for what is lacking. Indeed if a thing requires attention and adjustment, it is more easily perceived when it is surveyed in its own proper order. All these are points on which Marcus Cicero, following the authority of Xenophon in his *Economicus*, introduces Ischomachus as holding forth in reply to the questions of Socrates.

III. Having prepared suitable storerooms we proceeded to distribute the utensils and furniture; and, first of all, we set aside the objects which we are in

On the storage of household furniture and utensils.

secrevimus, quibus ad res divinas uti solemus, postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur, deinde ad bella<sup>1</sup> virilem, item dierum solemnium ornatum, nec minus calciamenta utrique sexui convenientia: tum iam seorsum arma ac tela separabantur, et in altera parte, quibus ad<sup>2</sup> lanificia utuntur. Post quibus ad cibum comparandum vasis uti assolent<sup>3</sup> constituebantur: inde quae ad lavationem, quae ad exornationem, quae ad mensam quotidianam, atque epulationem pertinent, exponebantur. Postea ex iis quibus quotidie utimur, quod menstruum esset seposuimus, annuum quoque in duas partes divisimus: nam sic minus fallit, qui<sup>3</sup> exitus futurus sit. Haec postquam omnia secrevimus, tum suo quaeque loco disposuimus: deinde quibus quotidie servuli utuntur, quae ad lanificia, quae ad cibaria coquenda et conficienda pertinent, haec ipsis, qui his uti solent, tradidimus, et ubi exponerent, demonstravimus, et ut salva essent, <sup>4</sup> praecepimus. Quibus autem ad dies festos et ad hospitum adventum utimur et ad quaedam rara negotia, haec promo<sup>4</sup> tradidimus, et loca omnium demonstravimus, et omnia annumeravimus, atque annumerata ipsi exscripsimus, eumque admonuimus,<sup>5</sup> ut quodcumque opus esset, sciret unde daret, et meminisset atque annotaret, quid et quando et cui dedisset, et cum recepisset, ut quidque suo loco reponeret.

<sup>1</sup> bella *edd.*: *om. SAac.*

<sup>2</sup> ad *om. SAac.*

<sup>3</sup> vasa adsolent *A<sup>1</sup>S*: vasa ut adsolent *A<sup>2</sup>*: vasa ut assolent *ac.*

<sup>4</sup> primo *SAac.*

the habit of using for the worship of the gods, after that the women's apparel, which is provided for festal days, and the men's apparel for war and also their dress for solemn occasions, and likewise foot-ware for both sexes. Next arms and weapons were stored apart, and in another place implements used for manufacturing wool. After this a place was found <sup>2</sup> for the vessels which are generally used for keeping food, and then those connected with washing and the toilet and with ordinary daily meals and with banquets were set out. Next of the things which we use daily we set apart what would suffice for a month, and what would suffice for a year we divided into two portions; for then there is less likely to be a mistake as to what the outcome might be. After we had separated all these things, we arranged <sup>3</sup> them each in its proper place. Next we handed over to the actual people who are in the habit of using them the things which are used daily by the slaves, namely, those connected with the making of wool and the cooking and preparation of food, and pointed out where they should put them and charged them to keep them safe. As for the things which we <sup>4</sup> use on days of festival and on the arrival of guests and on certain rare occasions, these we handed over to the steward and pointed out the places where they all were and numbered them all and we ourselves wrote out a list of what we had numbered and warned him that he must know whence to produce whatever was needed and that he must remember, and note down what he has given out and when and to whom, in order that he might put back each article in its proper place.

<sup>5</sup> admonuimus *ac*: monuimus *SA.*

- 5 Igitur haec nobis antiqui per Ischomachi personam praecepta industriae ac diligentiae tradiderunt, quae nunc nos villicae demonstramus. Nec tamen una eius cura esse debet, ut clausa custodiat, quae tectis illata receperit, sed subinde recognoscat atque consideret, ne aut supellex vestisve condita situ dilabatur, aut fruges, aliave utensilia negligentia desidiaque sua corrumpantur.
- 6 Pluviis vero diebus, vel cum frigoribus aut pruinis mulier sub dio rusticum opus obire non potuerit, ut ad lanificium reducatur, praeeparatae<sup>1</sup> sint et peccitae lanae, quo facilius iusta lanificio persequi atque exigere possit. Nihil enim nocebit, si sibi atque actoribus et aliis in honore servulis vestis domi confecta fuerit, quo minus patrisfamilias<sup>2</sup> rationes
- 7 onerentur. Illud vero etiam in perpetuum custodiendum habebit, ut eos, qui foris rusticari debebunt, cum iam e villa familia processerit, requirat, ac siquis, ut evenit, curam contubernalis eius intra tectum tergiversans fefellerit, causam desidia sciscitetur, exploretque utrum adversa valetudine inhibitus restiterit, an pigritia delituerit. Et si compererit, vel simulantem languorem sine cunctatione in valetudinarium deducat: praestat enim opere fatigatum

<sup>1</sup> praeeparatae quae SA: praeaparataeque ac.

<sup>2</sup> patrisfamilias SA: patris familie a: patris fa. c.

These precepts of industry and care, therefore, the 5 ancients have handed down to us through the medium of Ischomachus and we now use them to instruct the bailiff's wife. She ought not, however, to limit her care to the locking up and guarding the goods which have been brought into the house and which she has received, but she ought to inspect them from time to time and take care that the furniture and clothing which have been stored away do not fall to pieces with decay and that the fruits of the earth and other things in general use are not ruined through her neglect and laziness.

But in order that she may have recourse to wool- 6 work on rainy days or when, owing to cold or frost, a woman cannot be busy with field-work under the open sky, there should be wool prepared and combed out ready, so that she may be able more easily to carry out the task of spinning and demand this work also from others. For it will not be a bad plan if clothing is made at home for herself and the overseers and other slaves of good position, so that the account of the master of the house may be less heavily charged. She will also have to be perpetually on 7 the watch, when the slaves have left the villa, and seek out those who ought to be doing agricultural work outside, and if anyone, as sometimes happens, has managed to skulk indoors and escape the vigilance of her mate, she must inquire the reason for his laziness and find out whether he has stayed behind because bad health has prevented him from working or whether he has hidden himself through idleness. If she finds him even pretending to be ill, she must without delay conduct him to the infirmary; for, if he is worn out by his work, it is better that he should

sub custodia requiescere unum aut alterum diem, quam pressum nimio labore veram noxam concipere.

8 Denique uno loco quam minime oportebit eam consistere, neque enim sedentaria eius opera est, sed modo ad telam debet accedere, ac siquid melius sciat, docere: si minus, addiscere ab eo qui plus intelligat, modo eos qui cibum familiae conficiunt, invisere: tum etiam culinam et bubilia, nec minus praesepia mundanda curare: valetudinaria quoque vel si vacent<sup>1</sup> ab imbecillis, identidem aperire, et immunditiis liberare, ut cum res exegerit, bene ordinata et salubria languentibus praebantur: 9 promiss quoque et cellariis aliquid appendentibus<sup>2</sup> intervenire: nec minus interesse pastoribus in stabulis fructum cogentibus, aut fetus ovium, aliarumve pecudum subrumantibus: tonsuris vero earum utique interesse, et lanas diligenter percipere, et vellera ad numerum pecoris recensere: tum insistere atriensibus, ut supellectilem exponant, et aeramenta<sup>3</sup> detersa nitidentur,<sup>4</sup> atque rubigine liberentur, ceteraque quae refectionem desiderant, fabris concinnanda tradantur.

10 Postremo his rebus omnibus constitutis, nihil hanc arbitror distributionem profuturam, nisi, ut iam dixi, villicus saepius, et aliquando tamen dominus aut matrona consideraverit, animadverterit-

<sup>1</sup> vagent *S.*

<sup>2</sup> appendentibus *edd.*: attendentibus *SAac.*

<sup>3</sup> aeramenta *SAC*: aramenta *a*: ferramenta *edd.*

<sup>4</sup> nitidentur *ac*: nidentur *SA.*

rest for a day or two under observation than that he come to some real harm by being forced to overwork himself.

In a word, it will be her duty to remain as little as 9 possible in one place, for hers is not a sedentary task; but at one moment she will have to visit the loom and impart any superior knowledge which she possesses, or, failing this, learn from one who understands the matter better than she does; at another moment she will have to look after those who are preparing the food for the family. Then too she will have to see that the kitchen and the cowsheds and also the mangers are cleaned, and she will have to open the sick-wards from time to time, even if they contain no patients, and keep them free from dirt, so that, when necessary, the sick may find them in an orderly and healthy condition. She ought also to come 9 unawares upon stewards and cellar-men when they are weighing out anything, and likewise to be present when the shepherds are milking the ewes at the sheep-folds or putting the lambs or the young of other cattle to suck their dams. But she must also be there when the sheep are being sheared and keep a watchful eye on the wool and count the fleeces, comparing them with the number of sheep. Again she must insist that the servants in charge of the hall put out the furniture to air and that bronze utensils are scoured and polished and freed from rust, and see that anything else which needs mending is handed over to the craftsmen for repair.

Lastly, when all these arrangements have been 10 made, this distribution of goods will, I think, be of no benefit, unless, as I have already said, the bailiff rather frequently, and the master or mistress of the house

que, ut ordinatio instituta conservetur. Quod etiam in bene moratis civitatibus<sup>1</sup> semper est observatum; quarum primoribus atque optimatibus non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos cives creassent,<sup>2</sup> quos Graeci νομο-  
 11 φύλακας appellant. Horum erat officium, eos qui legibus parerent, laudibus prosequi, nec minus honoribus: eos autem qui non parerent, poena multare. Quod nunc scilicet faciunt magistratus, assidua iurisdictione vim legum custodientes. Sed haec in universum administranda tradidisse abunde sit.

IV. Nunc de ceteris rebus, quae omissae erant prioribus libris, quoniam villicae reservabantur officiis, praecipiemus, et ut aliquis ordo custodiatur, incipiemus a verno tempore, quoniam fere maturis atque trimestribus consummatis sationibus, vacua tempora iam contingunt ad ea exequenda, quae  
 2 deinceps docebimus. Parvarum rerum curam non defuisse Poenis Graecisque auctoribus atque etiam Romanis, memoria tradidit. Nam et Mago Carthaginiensis, et Hamilcar,<sup>3</sup> quos secuti videntur Graecae gentis non obscuri scriptores Mnaseas atque Paxamus,<sup>4</sup> tum demum<sup>5</sup> nostri generis, postquam a bellis vacuum fuit, quasi quoddam tributum victui humano

<sup>1</sup> civilibus *S.*

<sup>2</sup> creassent *om. SAac.*

<sup>3</sup> Halcar *A.*

<sup>4</sup> phaxamus *Aac: -es S.*

<sup>5</sup> deinde *S.*

<sup>a</sup> See Book I. l. 10 and note.

<sup>b</sup> Perhaps the well-known Carthaginian, father of Hannibal, though he is not mentioned by other authors as interested in agriculture.

<sup>c</sup> Mnaseas is mentioned by Varro, Pliny and Athenaeus, and was a native of Patara in Lycia.

from time to time, carry out an inspection and take note that arrangement once determined on is maintained. This practice was also always observed in well-regulated cities, whose chief and noblest men did not consider it enough to have good laws, unless they had elected the most careful citizens as guardians of those laws, whom the Greeks call νομοφύλακες (guardians of the laws). The duty of these men was to bestow upon those who obeyed the laws praise and likewise distinctions, and to inflict punishment on those who did not obey them. This is now, of course, the function of magistrates, who safeguard the power of the laws by the constant administration of justice. Let the statement of these precepts suffice as far as general management is concerned.

IV. We will now give instructions about the other subjects which had been omitted in the earlier books because they were reserved for treatment among the duties of the bailiff's wife, and that some order may be preserved, we will begin with the season of spring, because then, the early and the three-monthly sowings being practically completed, an empty period occurs when we can carry out the operations which we next explain. Tradition has told us that the 2 Carthaginian and Greek authors, and the Roman also, did not neglect to pay attention to small details. For Mago,<sup>a</sup> the Carthaginian, and Hamilcar,<sup>b</sup> whom Mnaseas<sup>c</sup> and Paxamus,<sup>d</sup> by no means obscure authors of Greek nationality, seem to have followed, and finally authors of our own race, when there was rest from war, did not disdain to contribute something to the subject of feeding mankind, such as

On the vessels to be used for preserves.

<sup>d</sup> Paxamus is otherwise unknown.

conferre dedignati non sunt, ut M. Ambivius, et Maenas<sup>1</sup> Licinius, tum etiam C. Matius; quibus studium fuit pistoris et coci nec minus cellarii diligentiam suis praeceptis instituire.

- 3 His autem omnibus placuit, eum, qui rerum harum officium susceperit, castum esse continentemque oportere, quoniam totum in eo sit, ne contractentur pocula vel cibi, nisi aut ab impubi, aut certe abstinentissimo rebus venereis. Quibus si fuerit operatus vel vir vel femina, debere eos flumine aut perenni aqua, priusquam penora contingant, ablui. Propter quod his necessarium esse pueri vel virginis ministerium, per quos promantur, quae usus postulaverit.
- 4 Post hoc praeceptum locum et vasa idonea salgamis<sup>2</sup> praeparari iubent: locum esse debere aversum a sole, quam frigidissimum et siccissimum, in situ penora mucorem contrahant. Vasa autem fictilia vel vitrea plura potius quam ampla, et eorum alia recte picata, nonnulla tamen pura, prout conditio
- 5 conditurae exegerit. Haec vasa dedita opera fieri oportet patenti ore, et usque ad imum aequalia, nec in modum doliorum formata, ut exemptis ad usum salgamis quidquid superest aequali pondere usque ad fundum deprimatur, cum ea res innoxia penora conservet, ubi non innatent, sed semper sint iure submersa. Quod in utero dolii fieri vix posset propter

<sup>1</sup> Mecenas *S*: Bascenas *Aac*.

<sup>2</sup> salgamis *SAac*.

Marcus Ambivius<sup>a</sup> and Maenas Licinius<sup>a</sup> and also Gaius Matius,<sup>b</sup> whose object it was by their instructions to prescribe the activities of the baker, the cook and the cellar-man.

All these writers held that he who undertakes the 3 performance of these duties ought to be chaste and continent, because it was of prime importance that neither drinking vessels nor food should be handled except by one who had not reached puberty or, at any rate, only by one who was most abstemious in sexual intercourse. Any man or woman who indulged in it ought, they thought, to wash in a river or running water before touching food; consequently in their view one must employ the services of a boy or maiden to give out the food required for daily use.

Their next precept is that they order that a special 4 place and suitable vessels should be prepared for storing preserves, and this place ought not to be exposed to the sun but should be as cold and dry as possible, so that the food may not become mouldy and decay. Vessels should be either of earthenware or glass and should be numerous rather than large, and some of them should be properly treated with pitch but some in their natural state as the condition of the material preserved demands. Great 5 care ought to be taken in the making of these vessels that they have a wide mouth and that they are of the same width right down to the bottom and not shaped like wine-jars, so that, when the preserved food is removed for use, what remains may be pressed with equal weight to the bottom, since the food is kept fresh when it does not float on the surface but is always covered by liquid. This can scarcely happen in the globular shape of a wine-jar, because of the

<sup>a</sup> M. Ambivius and Maenas are otherwise unknown.

<sup>b</sup> A special kind of apple was called after Matius (Book V. 10. 19: XII. 47. 5). It is possible that he was the favourite of Augustus mentioned by Tacitus (*Ann.* XII. 60).

inaequalitatem figurae. Maxime autem ad hoc<sup>1</sup> necessarium esse acetum et duram muriam usum,<sup>2</sup> quae utraque sic confieri.

V. Quemadmodum ex vino vapidum acetum fiat. In sextarios quadraginta octo<sup>3</sup> fermenti libram, fici aridae pondo quadrantem, salis sextarium haec subterito, et subtrita cum quartario mellis acetum diluito, atque ita in praedictam mensuram adicito. Quidam hordei tosti sextarios quattuor, et nuces ardentibus iuglandes quadraginta, et mentae viridis pondo selibram in eandem mensuram adicito. Quidam ferri massas exurunt, ita ut ignis speciem habeant, easque in eandem mensuram demittunt.<sup>4</sup> Tum etiam exemptis nucleis ipsas nuces pineas vacuas<sup>5</sup> numero quinque vel sex incendunt, et ardentibus eodem demittunt. Alii nucibus sapineis ardentibus idem faciunt.

VI. Muriam duram sic facito: dolium quam patentissimi oris locato in ea parte villae, quae plurimum solis accipit. Id dolium aqua caelesti repleto; ea est enim huic rei aptissima; vel si non fuerit pluvalis, certe fontana dulcissimi saporis. Tum indito sportam iunceaem, vel sparteam, quae replenda est sale candido, quo candidior muria fiat. Cum salem per aliquot dies videbis liquescere,<sup>6</sup> ex eo intelliges nondum muriam esse maturam. Itaque subinde alium salem tamdiu ingeres, donec in sporta permaneat integer, nec minuatur. Quod cum animadverteris, scias habere muriam maturitatem

irregularity of its form. The use of vinegar and hard brine is very necessary, they say, for the making of preserves; that the following are the ways in which each of these is manufactured.

V. How to make vinegar from wine that has gone flat. Take forty-eight *sextarii* of wine, and crush together a pound of yeast and a *quadrans* of dried fig and a *sextarius* of salt, and after they have been crushed add a quarter pound of honey and dilute with vinegar and add the mixture to the aforesaid quantity of wine. Some people add four *sextarii* of toasted barley and forty burning walnuts and a half pound of green mint to the same quantity of wine; some<sup>2</sup> heat lumps of iron, so that they look like fire, and plunge them into the same measure, and then after taking out the kernels they set fire to five or six empty pine-nut shells and plunge them still burning into the wine. Others do the same thing with burning fir-cones.

VI. The following is the way to make hard brine. Place a wine-jar with as wide a mouth as possible in the part of the farm-house which gets the most sun. Fill the jar with rain-water, for this is most suitable for the purpose, or, if rain-water is not available, let it be at any rate spring-water of very sweet flavour. Then place in the water a basket made of rushes or of broom which must be filled with white salt, so that the brine may be whiter. When in the course of several days you see that the salt continues to melt, you will know from this fact that the brine is not yet ready. You will, therefore, put in more salt from<sup>2</sup> time to time until it remains unchanged in the basket and does not grow less. When you notice that it does so, you can be sure that the brine has come to

<sup>1</sup> haec SA : hoc a : om. c.

<sup>2</sup> usuum S.

<sup>3</sup> quadraginta octa SA : duodequingenta ac.

<sup>4</sup> dimittunt SAac.

<sup>5</sup> quas post vacuas add. SA : om. ac.

<sup>6</sup> et post liquescere add. SAac.



suam. Et si facere aliam volueris, hanc in vasa bene picata diffundes, et opertam in sole habebis. Omnem enim mucorem vis solis aufert, et odorem bonum praebet. Est et <sup>1</sup> aliud muriae maturaee experimentum. Nam ubi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam.

VII. His praeparatis circa vernum aequinoctium herbas in usum colligi et reponi oportebit, cymam, caulem, capparim, apii coliculos, rutam, holeris atricum suo cole florem antequam de folliculo exeat: item ferulae cum coliculo silentem <sup>2</sup> florem: pastinacae agrestis vel sativae cum coliculo <sup>3</sup> silentem florem: vitis albae et asparagi et rusci et tamni et digitelli et puleii et nepetae et lapsanae et batis et eius coliculum, qui milvinus pes appellatur; quin <sup>2</sup> etiam tenerum coliculum faeniculi. Haec omnia una conditura commode servantur, id est aceti duas partes, et tertiam durae muriae si miscueris. Sed vitis alba, ruscus, et tamnum et asparagus et pastinaca et nepeta et batis generatim in alveos componuntur, et sale conspersa biduo sub umbra, dum consudent, reponuntur: deinde si tantum remiserint <sup>3</sup> humoris, ut suo sibi iure ablui possint: si minus, superfusa dura muria lavantur, et pondere imposito

<sup>1</sup> et est SA: est ac.

<sup>2</sup> quam tenerrimum *post* silentem (silentem) *add. ac: om. SA.*

<sup>3</sup> coliculo SA: coliculis a: colliculis c.

<sup>a</sup> *Vitis alba*, common bryony; *tamnus* = black bryony.

<sup>b</sup> *Satureia calamitha*, esp. var. *nepeta*.

<sup>c</sup> *Hirschfeldia incana*.

<sup>d</sup> Perhaps a type of plantain.

maturity. And if you wish to make more brine, you will pour the brine already made into vessels well daubed with pitch and keep it covered up in the sun; for the action of the sun takes away all mustiness and causes a pleasant odour. There is also another method of proving that the brine is ripe; for, when you plunge a piece of fresh cheese into it, if it sinks to the bottom, you will know that it is still crude, but, if it floats on the surface, you will know that it has reached maturity.

VII. When the vinegar and birne have been got ready about the time of the spring equinox it will be necessary to collect herbs and store them up for use, namely, sprouts and stalks of cabbage, capers, stalks of parsley, rue, the flower of alexanders with its stalk before it comes out of its sheath, also the unopened flower of the giant fennel with its stalk, and the unopened flower of the wild or the cultivated parsnip with its stalk, the flower of the bryony,<sup>a</sup> asparagus, butcher's-broom, black bryony,<sup>a</sup> house leek, pennyroyal, calamint,<sup>b</sup> hoary mustard <sup>c</sup> and samphire, and the little stalk of what is called "kite's foot",<sup>d</sup> also the tender little stalk of the fennel. All these are <sup>2</sup> conveniently preserved by one method of pickling, that is to say, a mixture of two-thirds of vinegar and one-third of hard brine. But bryony, butcher's broom, black bryony, asparagus, parsnip, calamint, and samphire are also placed according to their kinds on trays, and having been sprinkled with salt are placed for two days in the shade until they yield up their moisture; then if they have produced enough liquid to enable them to be washed in their own juice, <sup>3</sup> well and good; but if not, they are washed by having hard brine poured over them and have the liquid

exprimuntur: tum suo quidque vase conditur, et ius, ut supra dixi, quod est mixtum duabus partibus aceti et una muriae, infunditur, faeniculique aridi, quod est per vindemiam proximo anno lectum, spissamentum imponitur, ita ut herbas deprimat, et ius usque<sup>1</sup> in summum<sup>2</sup> labrum fideliae perveniat.

4 Olusatrum et ferulam et faeniculum cum legeris, sub tecto exponito,<sup>3</sup> dum flaccescat: deinde folia et corticem omnem coliculatorum detrahit. Caules si fuerint pollice crassiores, harundine secato, et in duas partes dividito. Ipsos quoque flores, ne sint immodici, diduci<sup>4</sup> et partiri oportebit, atque ita in vasa condi. Deinde ius, quod supra scriptum est, infundi, et paucas radículas laseris, quod Graeci *σίλφιον* vocant, adici, tum spissamento faeniculi aridi<sup>5</sup> contegi,<sup>5</sup> ut ius superveniat. Cymam, caulem, capparim, pedem milvi, puleium, digitellum, compluribus diebus sub tecto siccari, dum flaccescat, et tum eodem modo condiri convenit, quo ferulam, rutam, satureiam, cunilam. Sunt qui rutam muria tantum dura sine aceto condiant,<sup>6</sup> deinde, cum usus exigit, aqua vel etiam vino abluant, et superfuso oleo utantur. Haec conditura possit commode satureia viridis, et aequae viridis cunila servari.

VIII. Oxygalam sic facito. Ollam novam sumito, eamque iuxta fundum terebrato: deinde cavum, quem feceris, surculo obturato, et lacte ovillo quam

<sup>1</sup> et ius usque *ac*: eusque *S*: deprimat usque *A*.

<sup>2</sup> summo *S*. <sup>3</sup> reponito *SAac*. <sup>4</sup> deduci *SAac*.

<sup>5</sup> contegi *a*: conteri *SA*: contingi *c*.

<sup>6</sup> condiant *c*: condant *a*: condiunt *SA*.

squeezed out of them by having a weight placed over them. Then each is stored in its own vessel, as I have said above, and a fluid which is a mixture of two parts of vinegar and one of brine is poured on it, and a stopper of dry fennel, which was pickled during the vintage in the previous year, is inserted so as to press down the herbs and make the liquid come up to the brim of the jar.

When you have picked alexanders and giant-fennel<sup>4</sup> and ordinary fennel, lay them out indoors until they wither; then strip off all the leaves and the outer coverings of the stalks. If the stalks are thicker than one's thumb cut them with a reed and divide them into two portions; also the flowers themselves will have to be pulled apart and divided, that they may not be too large, and then stored in vessels. Next the liquid, as described above, must be poured in and a few small roots of laser, which the Greeks call *σίλφιον*, added, then the whole must be covered with a stuffing of dry fennel so that the liquid comes above it. The sprouts and stalks of cabbage, capers, "kite's-foot",<sup>a</sup> pennyroyal and house-leek must be put in<sup>5</sup> doors to dry for several days until they wither, and then be preserved in the same manner as fennel, rue, savory and marjoram. Some people preserve rue with hard brine only, without vinegar; then, when it is required for use, they wash it with water or even wine and pour oil over it before they use it. Green savory and likewise green marjoram can be conveniently preserved by this method.

VIII. The following is the way to make sour milk. Take a new vessel and bore a hole in it near the base; then fill up the hole which you have made with a small stick and fill the vessel with the freshest

How to  
make sour  
milk.

<sup>a</sup> *Cf.* p. 200 note *d*.

recentissimo vas repleto, eoque adicito viridium<sup>1</sup> condimentorum fasciculos, origani, mentae, cepae, coriandri. Has herbas ita in lacte demittito, ut

2 ligamina earum extent. Post diem quintum surculum, quo cavum obturaveras, eximito, et serum emittito. Cum deinde lac coeperit manare, eodem surculo cavum obturato, intermissoque triduo, ita ut supra dictum est, serum emittito, et fasciculos condimentorum exemptos abicito: deinde exiguum aridi thymi et cunilae aridae super lac destringito, concisique sectivi porri quantum videbitur adicito, et permisceto: mox intermisso biduo rursus emittito serum, cavumque obturato, et salis triti quantum satis erit adicito, et misceto, deinde operculo imposito et oblinito, non ante aperueris ollam, quam usus exegerit.

3 Sunt qui sativi vel etiam silvestris lepidii herbam cum collegerunt in umbra siccent, deinde folia eius abiecto caule die et nocte muria macerata expressaque, lacti misceant sine condimentis, et salis quantum satis arbitrantur adiciant: tum cetera, quae supra praecepimus faciant. Nonnulli recentia folia lepidii cum dulci lacte in olla miscent, et post diem tertium, quemadmodum praecepimus, serum emittunt: deinde compertam satureiam viridem, tum etiam arida semina coriandri atque anethi et thymi et apii in unum bene trita adiciunt, salemque bene coctum cribratum permiscunt. Cetera eadem quae supra faciunt.

<sup>1</sup> viridium ac: viridum SA.

possible sheep's milk and add to this small bunches of green seasonings, marjoram, mint, onion and coriander. Plunge these herbs in the milk so that the strings with which they are tied are not submerged. After 2 the fifth day take out the small stick with which you had blocked up the hole and drain off the whey; then when the milk begins to flow, block up the hole with the same stick and, after an interval of three days, let out the whey in the manner described above and take out and throw away the bunches of seasonings; then shred a little dry thyme and dry marjoram over the milk and add as much leek cut small as you think fit. Next, after an interval of two days, again let out the whey and block up the hole and add as much pounded salt as shall suffice, and mix the whole together. Then put the cover on the vessel and seal it up, and do not open the vessel until the contents are required for use.

Some people, when they have picked garden or 3 even wild pepperwort, dry it in the shade, then, after throwing away the stalk, they steep the leaves for a day and a night in brine and after squeezing the liquid out of them, mix them with milk without any seasoning and add as much salt as they think fit; then they go through the other operations which we have described above. Some people mix the young leaves of dittander in a vessel with sweet milk and, after the third day, draw off the whey as we have directed; they then find some green savory and also some dry seeds of coriander, dill, thyme and parsley well pounded into a mass and add them to it and mix in some salt which has been well roasted and sifted. The rest of the operations are the same as in the above recipe.

IX. Conditura lactucae. Caules lactucae ab imo depurgatos eatenus, qua tenera folia videbuntur, in alveo salire<sup>1</sup> oportet, diemque unum et noctem sinere, dum muriam remittant: deinde muriam eluere,<sup>2</sup> et expressos in cratibus pandere, dum assiccescant: tum substernere anethum aridum<sup>3</sup> et faeniculum rutaecae aliquid et porri condidere, atque ita miscere: tum siccatos coliculos ita componere, ut faseoli<sup>4</sup> virides integri interponantur, quos ipsos ante dura muria die et nocte macerari oportebit, similiterque assiccatos cum fasciculis lactucarum condi, et superfundi ius quod sit aceti duarum partium atque unius muriae: deinde arido spissamento faeniculi sic comprimi, ut ius supernatet. Quod ut fiat,<sup>5</sup> is<sup>6</sup> qui huic officio praeerit, saepe suffundere ius debet, nec pati sitire salgama,<sup>7</sup> sed extrinsecus munda spongia vasa pertergere, et aqua fontana quam recentissima refrigerare. Simili ratione intubum et cacumina ruti,<sup>8</sup> qua lactucam condire oportet, nec minus thymi et satureiae et origani tum etiam armoraciorum cymam. Haec autem, quae supra scripta sunt, verno tempore componuntur.

X. Nunc quae per aestatem circa messem vel etiam exactis iam messibus colligi et reponi debeant, praecipiemus. Pompeianam, vel ascaloniam cepam,

<sup>1</sup> sallire *SAc.*

<sup>2</sup> muriam eluere *scripsi*: in muria eluere *ac*: in muriae luere *SA.*

<sup>3</sup> aridi dum *S.*

<sup>4</sup> passioli *SA*: fasioli *a*: faseoli *c.*

<sup>5</sup> ut fiat *SAc.*      <sup>6</sup> his *S.*

<sup>7</sup> nec pati sitire *ac*: neque patis nec tanere *SA.*

<sup>8</sup> cacumina ruti *scripsi*: cacumina rub *A*: cacumina rubis *ac*: cacuminarum *S.*

IX. Lettuce is preserved in the following manner. The stalks of the lettuce should be stripped off from the bottom upwards up to a point where the leaves appear to be tender, and salted in a basin and let stand a day and a night till they yield up the brine; then wash out the brine and after squeezing them spread them out on hurdles till they become dry; then strew underneath them dry dill and fennel and cut up a little rue and leek and mix it in; then, when the stalks are dry, you should so arrange them that entire green calavance may be placed between them, which themselves will have to be steeped for a day and a night in hard brine and, after being similarly dried, must be <sup>2</sup> pickled with the bunches of lettuce, and a liquid, consisting of two parts of vinegar and one of brine, must be poured over them; then they must be pressed down with a dried plug of fennel in such a manner that the liquid floats above them. To do this effectively, the person charged with the task will have frequently to pour the liquid on to them and not allow the pickle to become dry, but he must wipe the outside of the vessels with a clean sponge and cool them with the freshest possible spring-water. Chickory and tops of rue should be pickled in the same way as lettuce, also the tops of thyme, savory and marjoram and likewise the sprouts of the wild radish. All the above preparations are made during the spring.

X. We will now give instructions about things which ought to be collected and stored during the summer about the time of the harvest or even when it is over. Choose a Pompeian<sup>a</sup> or "undug"<sup>b</sup> or

The preservation of lettuce.

The preservation of onions, apples, pears and other fruit

<sup>a</sup> Called after Pompeii, the city near Naples.

<sup>b</sup> Related to the Greek word *ἀσκαλος* = "not\_dug up".

vel etiam Marsicam simplicem, quam vocant unio-  
nem rustici, eligito: ea est autem, quae non fruti-  
cavit, nec habuit soboles adhaerentes. Hanc prius  
in sole siccato, deinde sub umbra refrigeratam sub-  
strato thymo vel cunila composito in fidelia, et  
infuso iure, quod sit acetii trium partium et unius  
muriae, fasciculum cunilae superponito, ita ut cepa  
deprimatur: quae cum ius combiberit, simili mixtura  
vas suppleatur. Eodem tempore corna, et pruna  
onychina, et pruna silvestria, nec minus genera  
pirorum et malorum condiuntur.<sup>1</sup>

3 Corna, quibus pro olivis utamur, item pruna  
silvestria, et pruna onychina adhuc solida nec ma-  
turissima legenda sunt, nec tamen nimium cruda.  
Deinde uno die umbra siccanda: tum aequis parti-  
bus acetum et sapa<sup>2</sup> vel defrutum misceatur et  
infundatur. Oportebit autem aliquid salis adicere,  
ne vermiculus aliudve<sup>3</sup> animal innasci possit. Verum  
commodius servantur, si duae partes sapae cum acetii  
una parte misceantur.

4 Pira Dolabelliana, Crustumina, regia, veneria,  
volema, Naeviana, Lateritiana,<sup>4</sup> Decimiana, laurea,  
myrapia,<sup>5</sup> purpurea, cum immatura, non tamen  
percruda legeris, diligenter inspicio, ut sint integra

<sup>1</sup> conduntur *SAac.*

<sup>2</sup> sapa *SAac.*

<sup>3</sup> aliusve *S.*

<sup>4</sup> laterisiana *SAac.*

<sup>5</sup> myrapira pruna *S*: myraprima *A*: myrapia prima *a*:  
mirapia pruna *c.*

much of this preparation ought to be added to forty-eight *sextarii* of must, because the calculation of the right amount must be based on the quality of the wine, and care must be taken that the flavour of the preservative is not noticeable, for that drives away 7 the purchaser. I personally, if the vintage is wet, usually mix a *triens* of the preservative in two *amphorae*; if it is dry, a *quadrans*, so that the quantity of must is four *urnae*, an *urna* being twenty-four *sextarii*. I am aware that some husbandmen have put a *quadrans* of the preservative in each *amphora*, but that they were obliged to do so owing to the excessive weakness of the wine, which scarcely kept sound for thirty days. However, if there is plenty of wood, 8 it is better to boil the must and clear off all the scum with the dregs; if this is done a tenth part will be lost, but the rest keeps good forever. But if there is a scarcity of wood, it will be necessary to mix an ounce of what is called the "flower" of marble or plaster and also two *sextarii* of must boiled down to a third of its original quantity with each *amphora*. This, though it does not make the flavour of the wine last forever, yet at any rate generally preserves it until another vintage.

XXI. Must of the sweetest possible flavour will be boiled down to a third of its original volume and when boiled down, as I have said above, is called *defrutum*. When it has cooled down, it is transferred to vessels and put in store that use may be made of it after a year. But it can also be added to wine nine days after it has cooled; but it is better if it has remained undisturbed for a year. A *sextarius* of this boiled-down must is added to two *urnae* of must if the latter comes from vineyards in the hills; but if it comes

The use of boiled-down must as a preservative of wine.

2 tres heminae adiciuntur. Patimur autem, cum de lacu mustum<sup>1</sup> sublatum est, biduo defervescere, et purgari. Tertio die defrutum adicimus. Deinde interposito biduo, cum id mustum pariter cum defruto deferbuerit, purgatur, et ita eo adicitur in binas urnas ligula cumulata, vel mensura semunciae bene plenae salis cocti et triti. Sal autem quam candidissimus concit in urceo fitili sine pice, qui urceus, cum recipit salem, diligenter totus oblinitur luto paleato, et ita igni admovetur, ac tamdiu torretur, quamdiu strepitum edit. Cum silere coepit, finem habet cocturae.

3 Praeterea faenum Graecum maceratur in vino vetere per triduum: deinde eximitur, et in furno siccatur vel in sole: idque cum est aridum factum, molitur, et ex eo molito post salituram musti cochlear cumulatum, vel simile genus poculi eius<sup>2</sup>, quod<sup>3</sup> est quarta pars cyathi, adicitur in binas urnas. Deinde cum iam perfecte mustum deferbuit et constitit, tantundem gypsi floris miscemus, quantum salis adieceramus: atque ita postero die purgamus dolium, et nutritum vinum operimus atque oblinimus.

4 Hac conditura Columella patruus meus, illustris agricola, uti solitus est in iis fundis in quibus palustres vineas habebat. Sed idem, cum collina vina<sup>4</sup> condiebat, aquam salsam decoctam ad tertias pro

<sup>1</sup> mustus *S.*

<sup>2</sup> puius *S.*: huius *Aa.*: eius *c.*

<sup>3</sup> quod *scripsi*: qui *SAac.*

<sup>4</sup> vina *om. S.*

<sup>a</sup> Marcus Columella (see also Ch. XLIII), who farmed in the Baetic province of Spain and with whom much of the author's youth seems to have been spent.

from vineyards in the plains, three *heminae* are added. When the must has been removed from the vat, we 2 allow it to cool off for two days and to become clear. On the third day we add the boiled-down must; then, after an interval of two days, when the must together with the boiled-down must has finished fermenting, it is purified, and a heaped spoonful or a half-ounce measure generously filled with roasted and pounded salt should be added to each two *urnae* of must. For this purpose the whitest possible salt is thrown into an earthenware ewer which has not been treated with pitch; this, when it receives the salt, is carefully smeared all over with clay mixed with chaff and then put on the fire, and allowed to roast as long as it continues to crackle; when it begins to be silent, the process of cooking is complete.

Moreover, fenugreek is steeped in old wine for 3 three days and then taken out and dried in an oven or in the sun, and when it is dry it is ground up; and of this, when it is ground up, after the must has been salted, a heaped spoonful or a similar kind of drinking-vessel, which holds a fourth part of a *cyathus*, is added to two *urnae* of it. Then, when the must has quite left off fermenting and has been standing for some time, we mix in the same amount of the flower of gypsum as we had already added of salt; then, on the next day, we cleanse the wine-jar and cover up the wine which has been preserved and seal it up.

My paternal uncle Columella,<sup>a</sup> the distinguished 4 agriculturist, used to employ this method of preservation on the farms where he had vineyards on marshy ground; but, when he was preserving wines from vineyards on the hills, he added salt water boiled

sale adiciebat. Ea porro facit sine dubio maiorem mensuram et odoris melioris: sed periculum habet, ne vitietur vinum, si male cocta sit aqua. Sumitur autem haec, ut iam dixeram, quam longissime a littore. Nam liquidior et purior<sup>1</sup> est, quantum 5 altiore mari hausta est. Eam si quis ut Columella faciebat reponat, et post triennium in alia vasa eliquatam transfundat: deinde post alterum triennium decoquat usque ad partem tertiam: longe meliorem habebit condituram vini, nec ullum periculum erit, ne vina vitientur. Satis est autem sextarios singulos adicere salsae aquae in binas musti urnas: quamvis multi etiam binos immisceant, nonnulli etiam ternos sextarios: idque ego facere non recusem, si genus vini tantum valeat, ut aquae 6 salsae non intellegatur sapor, Itaque diligens paterfamiliae cum paraverit fundum, statim prima<sup>2</sup> vindemia tres aut quattuor notas conditurae totidem amphoris musti experietur, ut exploratum habeat, quantum plurimum salsae vinum, quod fecerit, sine offensa gustus pati possit.

XXII. Picis liquidae alterum medicamen, quo mustum condias. Picis liquidae Nemeturicae metretam adde in labrum aut in alveum, et in eodem infundito cineris lixiviae<sup>3</sup> congios duos, deinde permisceto spatha lignea. Cum requieverit, eliquato lixiviam: deinde iterum tantundem lixiviae addito, eodem pacto permisceto, et eliquato. Tertio quoque idem facito. Cinis autem odorem picis aufert, et

<sup>1</sup> turpior *S.*                      <sup>2</sup> primum *S.*

<sup>3</sup> lixiviae *S.A.*: lixiviae *c.*

down to one-third of its original volume instead of salt. This, moreover, certainly increases the amount of wine and improves its bouquet, but it is attended by the risk that the wine may be spoilt if the water is not properly boiled. This water, as I have already said, is taken as far as possible from the shore; for the greater the distance in the open sea from which it is drawn, the clearer and the purer it is. If one stores 5 it, as Columella did, and after three years strains it and transfers it to other vessels and then after another three years boils it down to one-third of its volume, he will have a much better preservative for his wine and there will be no risk of his wines being spoilt. But it is enough to add one *sextarius* of salt water to two *urnae* of must, although many people indeed mix in two and some even three *sextarii*. I should have no objection to doing this if the type of wine had such strength that the taste of the salt water would not be noticed. Therefore a careful landed proprietor, 6 when he has secured an estate, will at the first vintage immediately make trial of three or four different kinds of preservative in as many different jars, so that he may discover how much salt water the wine which he has made can stand without spoiling the taste.

XXII. There is another method of preserving must by means of liquid pitch. Put a *metreta* of liquid Nemeturican<sup>a</sup> pitch in a tub or trough and pour into the same two *congii* of lye-ash and then mix them with a wooden spatula. When the mixture has settled, strain off the lye; then put in again the same quantity of lye and mix and strain in the same manner; then repeat the process for a third time. The ashes take away the smell of the pitch and wash away impurities.

How to preserve wine with liquid pitch.

<sup>a</sup> See note on Ch. XX. 3.

2 eluit spurcitiam. Post eodem addito picis Bruttiae, si minus, alterius notae quam purissimae quinque libras. Haec minute concidito, et admisceto picis Nemeturicae. Tum aquae marinae quam vetustissimae, si erit; si minus, ad tertiam partem recentis aquae marinae decoctae congios duos inicito. Apertum labrum sinito in sole per Caniculae ortum, et spatha lignea permisceto quam saepissime, usque eo, dum ea quae addideris, in pice colliquescant, et unitas fiat. Noctibus autem labrum operire conveniet, ne irroretur. Deinde cum aqua marina, quam addideris, sole consumpta videbitur, sub tectum vas totum ferre curabis. Huius autem medicaminis quidam pondo quadrantem in sextarios XLVIII miscere soliti sunt, et hac conditura contenti esse. Alii cyathos tres eius medicamenti adiciunt in totidem sextarios, quot <sup>1</sup> supra diximus.

XXIII. Pix corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges. Ea sic conficitur, ut dura sit, et quanto facta est vetustior, eo melior <sup>2</sup> in usu est. Nam omni lentore misso, facilius in pulverem resolvitur atque cribratur. Hanc ergo conteri et cribrari oportet: deinde cum bis mustum deferbuerit, quod plerumque est intra quartum diem, quam de lacu sublaturum est, diligenter manibus expurgatur, et tunc demum praedictae picis sextans et semuncia in sextarios quinque et quinquaginta adicitur, et rutabulo ligneo permiscetur, nec postea

<sup>1</sup> quod *Sa*: quot *A*: quot *c*.

<sup>2</sup> melior *a*: mellior *A*: mollior *S*.

After that add five pounds of Bruttian <sup>a</sup> pitch, or, 2 failing this, some other brand which is as pure as possible. Cut it up into small pieces and mix it with the Nemeturican pitch. Next pour in two *congii* of very old sea-water, if you have it, but, if not, of fresh sea-water boiled down to one-third of its original volume. Leave the tub uncovered in the sun during the rising of the Dog-star and mix it as often as possible with a wooden spatula until the ingredients which you have added dissolve in the pitch and become one with it. You will do well, however, to cover the tub at night, so that the dew may not fall into it. Then 3 when the sea-water which you have put in seems to have been consumed by the sun, you will be sure to put the vessel completely under cover. Some people have been in the habit of mixing a quarter of a pound of this preservative in forty-eight *sextarii* of wine and to content themselves with this method of preservation. Others add three *cyathi* of this preservative to the number of *sextarii* mentioned above.

XXIII. The pitch which the Allobroges <sup>b</sup> use for preserving is called "bark-pitch." It is made so as to be hard, and the older it has become, the better it is for use; for having lost all its toughness, it is more easily reduced to powder and sifted. It must therefore be bruised and sifted; then, when the must has ceased fermenting for the second time, which is generally before the end of the fourth day after it was taken from the vat, it is carefully cleansed by hand and then, and not until then, a *sextarius* and half an ounce of the said pitch are added to fifty-five *sextarii* and thoroughly mixed in with a wooden ladle and not

Of the pitch used by the Allobroges for preserving wine.

<sup>b</sup> A people inhabiting Gallia Narbonensis, the modern Savoy.

<sup>a</sup> See note on Ch. XVIII. 7.

tangitur, dum confervescat: quod tamen non amplius diebus quattuordecim a conditura patiendum 2 est. Nam oportebit post hunc numerum dierum confestim vinum emundare, et si quid faecis aut labris vasorum aut lateribus inhaesit, eradi, ac suffricari, et protinus operculis impositis oblini.

At si ex eadem pice totam vindemiam condire volueris, ita ne gustus picati vini possit intellegi, sat erit eiusdem picis sex scripula in sextarios quinque et quadraginta tum demum miscere, cum mustum de- 3 ferbuerit, et faeces expurgatae fuerint. Oportebit autem salis decocti contritique semunciam in eundem modum musti adicere. Nec solum huic notae vini sal adhibendus est; verum, si fieri possit, in omnibus regionibus omne genus vindemiae hoc ipso pondere saliendum est: nam ea res mucorem vino inesse non patitur.

XXIV. Pix Nemeturica in Liguria conficitur. Ea deinde ut fiat condituris idonea, aqua marina quam longissime a littore de pelago sumenda est, atque in dimidiam partem decoquenda: quae cum in tantum refrixerit, quantum ne contacta corpus urat, partem aliquam eius, quae satis videbitur, praedictae pici immiscebimus, et diligenter lignea spatha vel etiam manu peragitabimus, ut si quid inest 2 vitii eluatur. Deinde patiemur picem considerare, et cum siderit, aquam eliquabimus: postea bis aut ter

touched again until it ferments, though this process should not be allowed to go on for more than fourteen days from the time when the preservative was added; for after this number of days it will be time to purify 2 the wine without delay, and if any dregs have stuck to the brim or the sides of the vessels, they will have to be scraped and rubbed off, and the covers must be immediately put on and the vessels sealed up.

But if you wish to preserve the whole vintage with the same pitch in such a way that it is impossible to tell from the taste that it has been preserved with pitch, it will be enough to mix six *scripula* of the same pitch with forty-five *sextarii* of wine when at length it has ceased to ferment and the dregs have been cleared away. But you will have to add half- 3 an-ounce of roasted and powdered salt to the same quantity of must. Nor should salt be put into this kind of wine only, but, if possible, every sort of vintage in every district ought to be salted with this same quantity; for this prevents there being any mouldy taste in the wine.

XXIV. Nemeturican pitch is made in Liguria. In order that it may be rendered fit for preserving wine, sea-water must be taken from the open sea as far as possible from the shore and boiled down to half its original volume; and when it has cooled to such a temperature that it does not burn the body when it is in contact with it, we shall mix such a quantity of the said pitch as shall seem sufficient and carefully stir it with a wooden spatula or even with the hand, in order that any blemish in it may be washed away. We shall then allow the pitch to settle and, when it 2 has done so, strain the water away; afterwards we shall wash it two or three times with some of the

Of the use of Nemeturican pitch for preserving wine.

ex reliqua parte aquae decoctae tamdiu lavabimus<sup>1</sup> et subigemus<sup>2</sup> eam, donec rutila fiat: tum<sup>3</sup> eliquatam in sole quattuordecim diebus patiemur esse, ut quisquis ex aqua humor remansit, assicetur. Noctibus autem vas tegendum erit, ne irroretur. Cum hoc modo picem praeparaverimus, et vina, cum iam bis deferbuerint, condire voluerimus, in musti sextarios octo et quadraginta cyathos duos picis praedictae sic adiciemus. Ex ea mensura, quam condituri sumus, sextarios duos musti sumere oportebit, deinde ex his sextariis in picis sextantem paulatim mustum infundere, et manu tamquam mulsum subigere, quo facilius coëat.<sup>4</sup> Sed ubi toti duo sextarii cum pice coierint, et quasi unitatem fecerint, tum eosdem in id vas<sup>5</sup> unde sumpseramus, perfundere, et ut permisceatur medicamen, rutabulo ligneo peragitare conveniet.

XXV. Quoniam quidam, immo etiam fere omnes Graeci, aqua salsa vel marina mustum condiunt, eam quoque partem curae non omittendam putavi. In mediterraneo, quo non est facilis aquae marinae inventio, sic erit ad condituras conficienda muria.

2 Huic rei maxime est idonea caelestis aqua: si minus, ex fonte liquidissimo profluens. Harum ergo alterutram curabis quam plurimam et quam optimis vasis conditam ante quinquennium in sole ponere: deinde cum computruerit, tamdiu pati, donec ad pristinum

<sup>1</sup> laudabimus *SAac.*

<sup>2</sup> subicebimus *S:* subigebimus *Aa:* subigemus *c.*

<sup>3</sup> dum *SAac.*

<sup>4</sup> quoëat *S.*                   <sup>5</sup> duas *SAac.*

remaining boiled water and turn it over and over until it becomes bright-red in colour; then, after straining it, we shall allow it to stand in the sun for fourteen days, so that any moisture which has remained from the water may be dried up. At night, however, the vessel must be covered so that the dew may not fall upon it. When we have prepared the pitch in this manner and wish to preserve wines when they have finished fermenting for the second time, we shall add two *cyathi* of the above-mentioned pitch to forty-eight *sextarii* of must in the following manner: we shall have to take two *sextarii* of must from the 3 quantity which we are about to preserve, and then gradually pour must from these two *sextarii* into a *sextarius* of pitch and turn it over and over with the hand, as one does honey-water, to make it amalgamate more easily, and when the whole of the two *sextarii* have amalgamated with the pitch and formed, as it were, a single substance, it will then be proper to pour them into the vessel from which we had taken them and to stir them with a wooden ladle so that the preservative may be thoroughly mixed in.

XXV. Since some people—and indeed almost all the Greeks—preserve must with salt or sea-water, I thought that part of the process ought not to be passed over in silence. In an inland district, to which sea-water is not easily conveyed, brine for preserving purposes will have to be made as follows. Rain- 2 water is most suitable for this process, or, failing that, water flowing from a very clear spring. Therefore you will take care to place as much as possible of one or other of these in the best vessels available five years beforehand in the sun; then, when it has putrefied, you must leave it alone till it has returned to its former

How to preserve must and wine with salt-water.



modum perveniat. Quod cum factum fuerit, alia vasa habeto, et in ea sensim aquam eliquato, donec ad faecem pervenias. Semper enim in requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur. Sic curata cum fuerit, in modum defruti ad tertias decoquenda est. Adiciuntur autem in aquae dulcis sextarios quinquaginta salis candidi sextarius et mellis optimi unus sextarius. Haec pariter decoqui, et omnem spurcitiam expurgari oportet. Deinde cum refrixerit, tum quantumcunque humoris<sup>1</sup> est, tantam in amphoram musti portionem adici.

4 Quod si ager maritimus est, silentibus ventis de alto quam quietissimo mari sumenda est aqua, et in tertiam partem decoquenda, adiectis, si videbitur, aliquibus aromatis ex iis quae supra retuli, ut sit odoratior vini curatio. Mustum autem antequam de lacu tollas, vasa rore marino vel lauro vel myrto suffumigato, et large repleto, ut in effervescendo  
5 vinum se bene purget. Postea vasa nucibus pineis suffricato. Quod vinum volueris dulcius esse, postero die: quod austerius, quinto die quam sustuleris, condire oportebit, et ita supplere, et oblinire vasa. Nonnulli etiam suffumigatis seriis prius condituram addunt, et ita mustum infundunt.

XXVI. In quo agro vinum acescere<sup>2</sup> solet, curandum est, ut cum uvam legeris et calcaveris,

<sup>1</sup> moris S.

<sup>2</sup> accessere S.

condition. When it has done so, you must have other vessels ready, and gradually strain the water into them, until you reach the dregs; for some sediment is always found in water which has been allowed to stand. When the water has been thus treated, it  
3 must be boiled down to a third of its original volume, in the same way as must which is boiled down. Then a *sextarius* of white salt and a *sextarius* of the best honey are added to fifty *sextarii* of fresh water, which must be likewise boiled down and all impurities removed. Then, when the mixture has cooled down, whatever liquid there is; that amount must be added to an *amphora* of must.

If, however, your property is near the sea, water  
4 should be taken from the open sea when the winds are silent and the sea is as quiet as possible, and should be boiled down to a third of its original volume, some of the spices detailed above having been added, if it shall be thought fit, so that the wine may have more flavour after it has been treated. But before you draw the must from the vat, you should fumigate the vessels with rosemary or bay or myrtle and fill them to the brim, so that the wine may purify itself in the process of fermentation; afterwards you should rub the vessels with pine-cones. Wine which you wish to  
5 have rather sweet you will have to preserve on the day after you take it out of the vat, but, if you want it rather harsh in flavour, on the fifth day. You must then fill up the vessels and seal them. Some people, after fumigating the jars, put the preservative in first and then pour in the must.

XXVI. On any estate where the wine often turns  
acid care must be taken, when you have gathered and  
trodden out the grapes and before you squeeze the  
How to treat wine which has gone sour.

prius quam vinacea torculis exprimantur, mustum in cortinam defundas, et aquae dulcis puteanae <sup>1</sup> ex eodem agro partem decimam adicias, et coquas, donec ea aqua, quam adieceris, decocta sit. Postea cum refrixerit, in vasa defundas, et operias, et oblinas: ita diutius durabit, et detrimenti nihil fiet.

2 Melius est, si veterem servatam compluribus annis aquam addideris; longeque melius si aquae nihil addideris, et decimam musti decoxeris, frigidumque in vasa transtuleris, et si in sextarios vii <sup>2</sup> musti heminam gypsi miscueris, posteaquam decoctum refrixerit. Reliquum mustum, quod e vineaceis fuerit expressum, primo quoque tempore absumito, aut aere commutato.

XXVII. Vinum dulce sic facere oportet. Uvas legito, in sole per triduum expandito,<sup>3</sup> quarto die meridiano tempore calidas uvas proculcato, mustum lixivum, hoc est, antequam prelo pressum sit, quod <sup>4</sup> in lacum musti fluxerit tollito: cum deferbuerit, in sextarios quinquaginta irim bene pinsitam nec plus unciae pondere addito, vinum a faecibus eliquatum diffundito. Hoc vinum erit suave, firmum, corpori salubre.

XXVIII. Irim quam candidissimam pinsito, faenum Graecum vetere vino macerato: deinde in sole exponito aut in furno, ut sicescat: tum commolito minutissime. Item odoramenta trita, id est, irim cribratam, quae sit instar pondo quincuncem et trientem, faeni Graeci pondo quincuncem et trien-

<sup>1</sup> puta ea ne S.

<sup>2</sup> L. S: i A: vel a: ut c.

<sup>3</sup> expandito A.

<sup>4</sup> quod om. S.

grape-skins in the wine-presses, to pour the must into the cauldron and to add a tenth part of fresh well-water from the same estate and boil it until the water which you have added is boiled away. Afterwards, when it has cooled, you should pour it into vessels, cover it and seal it up; in this way it will keep longer and no harm will befall it.

It is better if you add old water which has been 2 kept for several years, and better still by far if you add no water at all but boil down a tenth part of the must and transfer it cold into the vessels, and if you mix a *hemina* of gypsum with seven *sextarii* of must, after it has been boiled down and gone cold. The rest of the must which has been squeezed out of the grape-skins, you should use up as soon as possible or else turn it into money.

XXVII. The following is the way to make sweet wine. Gather the grapes and spread them out in the sun for three days; on the fourth day at noon tread the grapes while still warm; remove the must from the untrodden grapes, that is the must which has flowed into the must-vat before it has been squeezed in the wine-press and, when it has ceased to ferment, add well-crushed iris, but not more than an ounce of it to fifty *sextarii* and pour off the wine after straining it free from dregs. This wine will be pleasant to the taste and will keep in good state and is wholesome for the body.

XXVIII. Crush an iris which should be as white as possible and soak fenugreek in old wine, and then expose it to the sun or else put it in an oven to dry; then pound it up very small. Also mix pounded up perfumes together, namely, sifted iris, about the quantity of a *quincunx* and a *triens*, and a *quincunx* and a *triens* of

How to  
make sweet  
wine.

How to  
make other  
preparations  
for pre-  
serving wine  
and making  
it keep.

tem, schoeni pondo quincuncem in unum permisceto : tum in serias singulas quae sint amphorarum septenum, addito medicaminis pondo unciam et scripula octo : gypsi, cum ex locis palustribus mustum erit, in serias singulas ternas heminas : cum de novellis vineis erit, sextarium ; cum de veteribus et locis siccis, heminas singulas adicito. Tertio die quam calcaveris, condituram infundito, sed antequam condias, musti aliquantum in seriam de seria transferto, ne in condiendo cum medicamento effervescat et effluat.<sup>1</sup>

3 Sic autem curatum<sup>2</sup> gypsum et medicamentum in labello permisceto, quantum seriis singulis fuerit necessarium, idque medicamentum musto diluito, et ipsa ad serias addito et permisceto : cum deferbuerit, statim repleto et oblinito.

Omne vinum cum condieris, nolito statim diffundere, sed sinito in doliis liquescere : postea cum de doliis aut de seriis diffundere voles, per ver<sup>3</sup> florente rosa, defaecatum<sup>4</sup> quam limpidissimum in vasa bene picata<sup>4</sup> et pura transferto. Si in vetustatem servare voles, in cado duarum urnarum quam optimi vini sextarium, aut faecis generosae recentis sextarios tres addito : aut si vasa recentia, ex quibus vinum exemptum sit, habebis, in ea confundito. Si horum quid feceris, multo melius et firmitus erit vinum. Etiam si bonos odores addideris, omnem malum odorem et saporem

<sup>1</sup> effluat *Warmington*.

<sup>2</sup> curato *S* : curatio *Aac*.

<sup>3</sup> puer *S* : vere *Aac*.

<sup>4</sup> effecatam *S*.

fenugreek, and a *quincunx* of sweet rush. Then into each vessel, which should contain seven *amphorae*, put an ounce and eight *scripula* of the preparation, and, if the must comes from marshy ground, three <sup>2</sup> *heminae* of gypsum in each jar, or, if it comes from newly-established vineyards, a *sextarius*, or, if from old-established and dry places, one *hemina*. On the third day after you have trodden the grapes, pour in the preservative, but before you begin the process of preserving, transfer a small quantity of must from one vessel to another, lest in the process of preservation it ferments with the preservative and overflows. But mix thoroughly the gypsum thus prepared and <sup>3</sup> the preservative in a pan, as much as shall be necessary for each vessel, and dilute this preservative with must and put them into the vessels and mix thoroughly. When the must has ceased fermenting, immediately fill up the vessels and seal them.

When you preserve any kind of wine, do not pour it out immediately but allow it to become clear in the wine-casks ; afterwards when you wish to pour it from the casks and vessels, during the spring when the rose is flowering, after clearing out the dregs and making the wine as transparent as possible transfer it to clean vessels well treated with pitch. If you <sup>4</sup> wish to preserve the wine until it is old, put a *sextarius* of the best possible wine into a jar containing two *urnae* and add three *sextarii* of lees fresh and from a fine wine ; or, if you have fresh vessels, out of which the wine has been emptied, pour it into these. Whichever of these things you do the wine will be much better and will keep longer. Also if you put in good perfumes, you will prevent any bad odour or flavour ; for there

prohibueris: nam nulla res alienum odorem celerius ad se ducit, quam vinum.

XXIX. Mustum ut semper dulce tamquam recens permaneat, sic facito.<sup>1</sup> Antequam prelo vinacea subiciantur, de lacu quam recentissimum addito mustum in amphoram novam, eamque oblinito, et impicato diligenter, ne quicquam<sup>2</sup> aquae introire possit: tunc in piscinam frigidæ et dulcis aquæ totam amphoram mergito, ut nequa pars exstet; deinde post dies XL eximito: sic usque in annum dulce permanebit.

XXX. Ab eo tempore quo primum dolia operculaveris, usque ad æquinoctium vernum semel in diebus xxxvi vinum curare satis est, post æquinoctium vernum<sup>3</sup> bis, aut si vinum florere incipiet, sæpius curare oportebit: ne flos eius pessum eat, et sapore vitiet. Quanto maior aestus erit, eo sæpius venit nutriri refrigerarique, et ventilari: nam quamdiu bene frigidum erit, tamdiu recte manebit.  
 2 Labra vel fauces doliorum semper suffricari nucibus pineis oportebit, quoties vinum curabitur. Siqua vina erunt duriora aut minus bona, quod agri vitio aut tempestate sit factum, sumito faecem vini boni, et panes facito, et in sole arefacito, et coquito in igne: postea terito, et pondo quadrantem amphoris singulis infricato, et oblinito, bonum fiet.

<sup>1</sup> factio S.

<sup>2</sup> ne quicquam Aac: nequiquam S.

is nothing which attracts to itself the odour of something else more quickly than wine.

XXIX. That must may remain always as sweet as How to keep must sweet. though it were fresh, do as follows. Before the grape-skins are put under the press, take from the vat some of the freshest possible must and put it in a new wine-jar; then daub it over and cover it carefully with pitch, that thus no water may be able to get in. Then sink the whole flagon in a pool of cold, fresh water so that no part of it is above the surface. Then after forty days take it out of the water. The must will then keep sweet for as much as a year.

XXX. From the time when you have first put the covers on the wine-jars until the spring equinox, it is enough to attend to the wine once every thirty-six days, and after the spring equinox twice in that period, or, if the wine begins to "flower" you will have to attend to it more often, lest the "flower" sink to the bottom and ruin the flavour. The greater the heat, the more often should the wine be attended to and cooled and ventilated; for as long as it is properly cold, so long will it remain in good condition. The brims and necks of the vessels will 2 always have to be rubbed with pine-cones, whenever the wine is being attended to. If any wine is rougher and less good than you could wish, which may be due to the bad quality of the ground or to the weather, take dregs of good wine and make it into cakes and dry them in the sun and bake them on the fire; then grind them up and rub a *quadrans* of them into each wine-jar and seal it up, and good wine will be the result.

<sup>3</sup> semel—vernum ac: om. SA.

XXXI. Si quod animal in mustum ceciderit, et interierit, uti<sup>1</sup> serpens aut mus sorexve, ne mali odoris vinum faciat, ita ut repertum corpus fuerit, id igne adoleatur, cinisque eius in vas, quo deciderat, frigidus infundatur, atque rutabulo ligneo permiscetur: ea res erit remedio.

XXXII. Vinum marrubii multi utile putant ad omnia intestina vitia, et maxime ad tussim. Cum vindemiam facies, marrubii caules teneros<sup>2</sup> maxime de locis incultis et macris legito, eosque in sole siccato: deinde fasciculos facito, et tomice palmea aut iuncea ligato, et in seriam mittito, ita ut vinculum exstet: in musti dulcis sext. cc, marrubii libras viii adicito, ut simul cum musto defervescat: postea eximito marrubium, et purgatum vinum diligenter oblinito.

XXXIII. Vinum scilliten ad<sup>3</sup> concoquendum et ad corpus reficiendum, item ad veterem tussim et ad stomachum hoc modo condire oportet. Primum ante dies quadraginta quam vinum voles vindemiare, scillam legito, eamque secato quam tenuissime, sicut raphani radicem, taleolasque sectas suspende<sup>4</sup> in umbra, ut adsiccentur: deinde cum aridae erunt, in musti Aminei sextarios xlvi scillae aridae adde pondo libram, eamque inesse patere diebus xxx, postea eximito, et defaecatum vinum in amphoras<sup>2</sup> bonas adicito. Alii scribunt in musti sextarios xlvi, scillae aridae pondo libram et quadrantem adici oportere: quod et ipsum non probō.

<sup>1</sup> uti om. SAac.

<sup>2</sup> teneros ac: -as SA.

<sup>3</sup> ad om. SAac.

<sup>4</sup> suspendere SAac.

XXXI. If any creature has fallen into the must and died there, such as a snake or a mouse or a shrew-mouse, in order that it may not give the wine an evil odour, let the body in the condition in which it was found be burnt and its ashes when cool be poured into the vessel into which it had fallen and stirred in with a wooden ladle; this will cure the trouble.

How to treat must in which an animal has been drowned.

XXXII. Many people consider horehound-wine beneficial for all internal complaints, and particularly for a cough. When you are carrying out the vintage, collect tender stalks of horehound chiefly from uncultivated and lean places and dry them in the sun; then make small bundles of them and tie them up with palm- or rush-string and let them down into a wine-jar so that the band sticks out. Put eight pounds of horehound into two hundred *sextarii* of sweet must, so that the horehound may ferment with the must; afterwards, take out the horehound and, after cleansing the wine, carefully seal it up.

How to make horehound wine.

XXXIII. Squill-wine for promoting digestion and invigorating the body and also for a cough of long standing and for the stomach should be preserved in the following manner. First of all, forty days before you wish to begin the vintage, pick the squills and cut them up as thinly as possible, as you do radishes, and hang up the little sections in the shade to dry; then, when they are dry, put a pound of dry squill into forty-eight *sextarii* of Aminean must and let it remain there for thirty days; afterwards take it out and, after getting rid of the dregs, put the wine into sound wine-jars. Another prescription is<sup>2</sup> that a pound and a *quadrans* of dry squill should be put into forty-eight *sextarii* of must; in this I see nothing of which to approve.

How to make squill wine.

XXXIV. Hoc ipsum scillae pondus, quod supra, in aceti duas urnas adiciunt, et per XL dies inesse patiuntur, qui scilliticum acetum facere volunt. Ad embammata<sup>1</sup> in tres amphoras musti mittis aceti acris congium aut duplum, si non est acre,<sup>2</sup> et in ollam, quae fert amphoras tres, decoquis ad palmum, id est, ad quartas: aut si non est dulce mustum, ad tertias: despumetur. Sed mustum desub massa et limpidum sit.

XXXV. Vinum absinthiten, et hyssopiten, et abrotoniten, et thymiten, et marathriten, et glechoniten sic condire oportet. Pontici absinthii pondo libram cum musti sextariis iv decoque usque ad quartas: reliquum quod erit, id frigidum adde in musti Aminei urnam. Idem ex reliquis rebus quae suprascripta sunt, facito. Possunt etiam puleii aridi tres librae cum congio musti ad tertias decoqui, et cum refrixerit liquor, exempto puleio in urnam musti adici: idque mox tussientibus per hiemem recte datur: vocaturque vini nota glechonites.

XXXVI. Mustum tortivum est, quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur. Id mustum conicies in amphoram novam, et implebis ad summum. Tum adicies ramulos roris marini aridi lino colligatos, et patieris una defervescere per dies septem: deinde eximes ramulorum fasciculum, et purgatum diligenter vinum gypsabis. Sat erit

<sup>1</sup> ad embammata *Schneider*: decem bambatae *SAac*.

<sup>2</sup> acris c: acri *SAa*.

<sup>a</sup> The MS. reading *desub massa* is probably corrupt.

<sup>b</sup> *I.e.* from the shores of the Black Sea.

XXXIV. Those who wish to make squill-vinegar put just the same weight of squill as is given above into two *urnae* of vinegar and allow it to remain there for forty days. For sauces you put into three *amphorae* of must a *congius* of sharp vinegar, or double the amount if it is not sharp, and boil it in a pot which holds three *amphorae*, down to a *palmus*, that is, a quarter of its original volume, or, if the must is not sweet, to a third; the scum should then be removed. The must should be under pressure of a heavy weight<sup>a</sup> and transparent.

XXXV. The following is the way to make up wines flavoured with wormwood, hyssop, southern-wood, thyme, fennel and pennyroyal. Take a pound of Pontic<sup>b</sup> wormwood and four *sextarii* of must and boil down to a quarter of the original quantity and put what remains when it is cold into an *urna* of Aminean must. Do the same with the other things mentioned above. Three pounds of dry pennyroyal in a *congius* of must can also be boiled down to a third part, and the liquid, when it has cooled, and the pennyroyal is removed, can be added to an *urna* of must. This is presently given, and properly, to those who have coughs in the winter; it is called the pennyroyal brand of wine.

XXXVI. "Squeezed" must is that which is pressed out after the first pressing of the grape-skins, when the pedicles have been cut away. This must you will pour into a new wine-jar and fill it to the brim; you will then add little branches of dried rosemary tied together with flax and allow them to ferment together for seven days. Then you will take out the bundle of little branches and carefully plaster up the wine after cleansing it. It will be enough

How to  
make squill-  
vinegar.

How to  
make wine  
flavoured  
with worm-  
wood, etc.

"Squeezed"  
must.

autem roris marini sesquilibrium in duas urnas musti adicere. Hoc vino post duos menses possis pro remedio uti.

XXXVII. Vinum simile Graeco facere. Uvas praecoquas quam maturissimas legito, easque per triduum in sole siccato. Quarto die calcato, et mustum quod nihil habeat ex tortivo, conicito in seriam, diligenterque curato, ut cum deferbuerit, faeces expurgentur: deinde quinto die cum purgaveris mustum, salis cocti et cribrati duos sextarios, vel, quod est minimum, adicito unum sextarium in sextarios musti XLVIII.<sup>1</sup> Quidam etiam defruti sextarium miscent: nonnulli etiam duos adiciunt, si existimant<sup>2</sup> vini notam parum esse firmam.

XXXVIII. Vinum myrtiten ad tormina, et ad alvi proluviem, et ad imbecillum stomachum sic facito. Duo sunt genera myrti, quorum alterum est nigrum, alterum album. Nigri generis bacae, cum sunt maturae leguntur, et semina earum eximuntur, atque ipsae sine seminibus in sole siccantur, et in 2 fictili fidelia sicco loco reponuntur. Deinde per vindemiam ex vetere arbusto, vel si id non est, ex vetustissimis vincis Amineae<sup>3</sup> bene maturae uvae sole calido leguntur, et ex his mustum adicitur in seriam, et statim primo die antequam id ferveat, bacae myrti, quae fuerant repositae, diligenter conteruntur, et totidem earum librae contusarum appenduntur, quot amphorae condiri debent: tum exiguum musti sumitur ex ea seria, quam medi-

<sup>1</sup> XLVIII S: XLIX Aac.

<sup>2</sup> existimant a: -at SAc.

<sup>3</sup> aminee ac: aminne SA.

to add half a pound of rosemary to two *urnae* of must. After two months you could use this wine as a medicine.

XXXVII. To make wine like Greek wine, gather How to make wine like Greek wine. early grapes as ripe as possible and dry them for three days in the sun; tread them on the fourth day and pour the must, which should have none of the last squeezing in it, into a jar and be careful that, when it has finished fermenting, the lees are cleared out. Then on the fifth day when you have purified the must, add two *sextarii*—or at the very least one *sextarius*—of toasted and sifted salt to forty-eight *sextarii* of must. Some people also mix in a *sextarius* of must boiled down to a third of its original volume; others even add two *sextarii*, if they think the brand of wine is not likely to keep well.

XXXVIII. You should make myrtle-wine for How to make myrtle-wine. cholice, looseness of the bowels and a weak stomach in the following manner. There are two kinds of myrtle-tree, one black and the other white. The berries of the black kind are picked when they are ripe and their seeds removed, and are dried by themselves without the seeds in the sun and stored in an earthenware pot in a dry place; then, during the 2 vintage, well ripened Aminean grapes are gathered while the sun is hot from an old vine supported by a tree or, if that is impossible, from very old vineyards, and the must from them is put into a jar and immediately on the first day, before the must ferments, the myrtle-berries which were stored away are carefully crushed and as many pounds of these bruised berries are weighed out as there are *amphorae* of wine to be prepared. Then a little must is taken from the vessel in which we are going to

caturi sumus, et tanquam farina conspergitur, quid-  
 quid contusum et appensum est. Post haec complures  
 ex ea massulae fiunt, et ita per latera seriae  
 in mustum demittuntur, ne altera offa super alteram  
 3 perveniat. Cum deinde bis mustum deferbuerit, et  
 bis curatum est, rursus eodem modo, et tantumdem  
 ponderis bacae sicut supra dixi, contunditur: nec  
 iam ut prius massulae fiunt, sed in labello mustum de  
 eadem seria sumitur, praedicto ponderi permiscetur,  
 sic ut sit instar iuris crassi: quod cum est permixtum,  
 in eandem seriam confunditur, et rutabulo ligneo  
 4 peragitur. Deinde post nonum diem quam id  
 factum est, vinum purgatur, et scopulis aridae myrti  
 seria<sup>1</sup> suffricatur, operculumque superimponitur, ne  
 quid eo decidat. Hoc facto post septimum diem  
 rursus vinum purgatur, et in amphoras bene picatas  
 et bene olidas diffunditur: sed curandum est, ut  
 cum diffundis, liquidum et sine faece diffundas.  
 5 Vinum aliud myrtiten sic temperato.<sup>2</sup> Mel Atticum  
 ter infervere facito, et toties despumato: vel si  
 Atticum non habueris, quam optimum mel eligito, et  
 quater vel quinque despumato. Nam<sup>3</sup> quanto est  
 deterius, tanto plus habet spurcitiae: cum deinde  
 mel refrixerit, bacas albi generis myrti quam  
 maturissimas legito, et perfricato, ita ne interiora  
 6 semina conteras. Mox fiscello lineo inclusas ex-

<sup>1</sup> seria ac: serie SA.

<sup>2</sup> vinum—temperato om. SAac.

<sup>3</sup> cum ac: quō SA.

make our preparation and the berries which have  
 been bruised and weighed out are sprinkled like  
 flour upon it; after this a number of small lumps are  
 made of the mixture and are let down the sides of the  
 jar into the must in such a way that one pellet does  
 not fall on the top of another. Next, after the must has  
 3 ceased fermenting for the second time and has been  
 twice treated, the same weight of berries as I have  
 mentioned above is crushed in the same manner, but  
 this time no lumps are made, as before, but must is  
 taken with a ladle from the same vessel and thorough-  
 ly mixed with the above-mentioned quantity of  
 berries so as to resemble a thick juice, and after being  
 thoroughly mixed it is poured into the same vessel  
 and is stirred well with a wooden ladle. Then, nine  
 4 days after this has been done, the wine is purified  
 and the jar is rubbed with small brushes of dry myrtle,  
 and the lid is put on to prevent anything from falling  
 into the jar. When this has been done, after the  
 seventh day the wine is again purified and poured into  
 jars which have been thoroughly treated with pitch  
 and smell very sweet, but care must be taken that,  
 when you pour it out, it is clear and free from lees.

Another kind of myrtle-wine should be com-  
 5 pounded as follows. Take Attic honey and make it  
 boil three times and remove the scum the same  
 number of times, or, if you have no Attic honey,  
 choose the best honey you can get and remove the  
 scum four or five times; for the worse it is, the more  
 impurities it contains. Then, when the honey has  
 cooled down, gather the ripest possible berries of the  
 white kind of myrtle and break them up in such a way  
 as not to bruise the seeds inside; next enclose them  
 6 in a bag made of flax and press them and mix the



primito, succumque earum qui sit sextariorum sex, cum mellis decocti sextario<sup>1</sup> immisceto,<sup>2</sup> et in lagunculam diffusum oblinito. Sed hoc mense Decembri fieri debet, quo fere tempore matura sunt myrti semina: custodiendumque erit, ut ante quam bacae legantur, si fieri potest, septem diebus, sin autem, ne minus triduum serenum fuerit, aut certe non pluerit; et ne rorulentae legantur cavendum.

7 Multi nigram vel albam myrti bacam, cum iam maturuit, destringunt,<sup>3</sup> et duabus horis eam cum paululum in umbra expositam siccaverunt, perterunt ita, ut quantum fieri potest, interiora semina integra permaneant. Tum<sup>4</sup> per lineum fiscum, quod pertriverant, exprimunt, et per colum iunceaum liquatum succum lagunculis bene picatis condunt, neque melle neque alia re ulla immixta.<sup>5</sup> Hic liquor non tam est durabilis, sed quamdiu sine noxa manet, utilior est ad valetudinem quam alterius myrtitis notae compositio.<sup>6</sup>

8 Sunt qui hunc ipsum expressum succum, si sit eius copiosior facultas, in tertiam partem decoquant, et refrigeratum picatis lagunculis condant. Sic confectum diutius permanet: sed et quod non decoxeris, poterit<sup>7</sup> innoxium durare biennio, si modo munde et diligenter id feceris.

XXXIX. Passum optimum sic fieri Mago praecipit, ut et ipse feci. Uvam praecoquam bene maturam

<sup>1</sup> sextario *ac*: -um *SA*.

<sup>2</sup> immiscetur *a*: miscetur *Sac*.

<sup>3</sup> destringent *SAA*: distinguēt *c*.

<sup>4</sup> tum *ac*: dum *SA*.

<sup>5</sup> immixta *ac*: -ae *SA*.

<sup>6</sup> compositio *ac*: compositiones *SA*.

<sup>7</sup> possit *SAAc*.

juice from them to the amount of six *sextarii* with one *sextarius* of boiled-down honey and pour the mixture into a flask and seal it up. This will have to be done in the month of December, which is about the time when the myrtle-seeds are ripe, and care will have to be taken that, if possible, the weather has been fine for seven days before the berries are gathered, or, if not, for not less than three days, or at any rate that there has been no rain; also you must beware of picking them when the dew is upon them.

Many people strip off black or white myrtle-berries<sup>7</sup> when they are ripe and two hours later, after drying them for a time spread out in the shade, bruise them in such a way that the seeds inside may, as far as possible, remain undamaged. They then squeeze what they have bruised through a bag of flax, and having strained the juice through a rush-strainer they put it up in flasks well treated with pitch without mixing honey or anything else with it. This liquor does not last so well, but, as long as it remains without spoiling, it is more beneficial to the health than the other brand of myrtle-wine.

Some people, after this juice has been squeezed<sup>8</sup> out, if they have an unusually large quantity of it, boil it down to a third part of its original volume and, when it has cooled down, store it in flasks treated with pitch. Thus prepared it keeps for a longer time; but even wine which you have not boiled down may keep for two years if only you have prepared it cleanly and carefully.

XXXIX. Mago<sup>a</sup> gives the following instructions for making the best raisin-wine, as I myself have also made it. Gather the early grapes when they

How to  
make raisin-  
wine.

<sup>a</sup> See Book I. l. 10 and note.

- legere, acina mucida aut vitiosa reicere: furcas vel palos, qui cannas sustineant, inter quaternos pedes figere, et perticis iugare: tum insuper cannas ponere, et in sole pandere uvas, et noctibus tegere, ne irrorentur: cum deinde exaruerint, acina decerpere, et in dolium aut in seriam conicere, eodem mustum quam optimum, sic ut grana submersa sint, adicere: ubi combiberint uvae,<sup>1</sup> seque impleverit, sexto die in fiscellam conferre, et prelo premere, passumque  
 2 tollere: postea vinaceos calcare adiecto recentissimo musto, quod ex aliis uvis factum fuerit, quas per triduum insolaveris: tum permiscere, et subactam brisam prelo subicere, passumque secundarium statim vasis oblitis includere, ne fiat austerius: deinde post viginti vel triginta dies, cum deferbuerit, in alia vasa deliquare, et confestim opercula gypsare, et pelliculare.
- 3 Passum si ex uva apiana facere volueris, uvam apianam integram legito, acina corrupta purgato et secernito, postea in perticis suspendito. Perticae uti semper in sole sint facito; ubi satis corrugata erunt acina, demito et sine scopionibus in dolium conicito, pedibusque bene calcato. Ubi unum tabulatum feceris, vinum vetus spergito, postea alterum supercalcato, item vinum conspergito. Eodem modo tertium calcato, et infuso vino ita supernatare sinito dies quinque: postea pedibus

<sup>1</sup> uvas *SAac.*

<sup>a</sup> Pliny, *N.H.* XIV. § 24, says that the adjective *apianus* is applied to grapes of which bees are specially fond. However, the MSS. have the spelling *apianam*.

are quite ripe, rejecting the berries which are mouldy or damaged. Fix in the ground forks or stakes four feet apart for supporting reeds and yoke them together with poles, then put reeds on the top of them and spread out the grapes in the sun, covering them at night so that the dew may not fall on them. Then when they have dried, pluck the berries and throw them into a barrel or wine-jar and add the best possible must thereto so that the grapes are submerged. When they have absorbed the must and are saturated with it, on the sixth day put them all together in a bag and squeeze them in the wine-press and remove the raisin-wine. Next tread the wine-2 skins, adding very fresh must, made from other grapes which you have dried for three days in the sun; then mix together and put the whole kneaded mass under the press and immediately put this raisin-wine of the second pressing in sealed vessels so that it may not become too rough; then, twenty or thirty days later, when it has finished fermenting, strain it into other vessels and plaster down the lids immediately and cover them with skins.

If you wish to make raisin wine from "bee"<sup>a</sup> grapes, 3 pick sound "bee-" grapes; clear away the rotten berries and put them aside; and afterwards hang the sound grapes on poles. Arrange that the poles shall be always in the sun, and when the berries are sufficiently withered, pull them off and throw them into a barrel without the stalks and tread them well. When you have made one layer of them, sprinkle old wine upon it, and then tread another layer of them on the top and also sprinkle wine upon it. In like manner tread a third layer and, after pouring wine upon it, let it float on the top for five days; after-

Another method.

4 proculcato, et in fiscina nova uvas premito. Quidam aquam caelestem veterem ad hunc usum praeparant et ad tertias decoquunt. Deinde cum uvas sicut<sup>1</sup> supra scriptum est, passas fecerunt, decoctam aquam pro vino adiciunt, et cetera similiter administrant. Hoc ubi lignorum copia est, vilissime constat, et est in usu vel dulcius, quam superiores notae passi.

XL. Lora optima sic fieri oportet.<sup>2</sup> Quantum vini uno die feceris, eius partem decimam, quot metretas efficiat, considerato, et totidem metretas aquae dulcis in vinacea, ex<sup>3</sup> quibus unius diei vinum expressum erit, addito: eodem et spumas defruti, sive sapae, et faecem ex lacu confundito et permisceto, eamque intritam macerari una nocte sinito, postero die pedibus proculcato, et sic permixtam prelo subicito: quod deinde fluxerit, aut doliis aut amphoris condito, et cum deferbuerit, obturato. Commodius autem servatur in amphoris. Hanc ipsam loram M.<sup>4</sup> Columella ex aqua vetere faciebat, et nonnunquam plus biennio innoxiam servabat.

XLI. Mulsum optimum sic facies.<sup>5</sup> Mustum lixivum de lacu statim tollito: hoc autem erit, quod destillaverit antequam nimium calcetur uva. Sed de arbustivo genere, quod sicco die legeris, id facito. Conicies in urnam musti mellis optimi pondo x, et diligenter permixtum recondes in lagoena, eamque

<sup>1</sup> sic A: sicut Sac.

<sup>2</sup> lora—oportet SA: om. ac.

<sup>3</sup> ex scripsi: sed SAac.

<sup>4</sup> M. ac: macrius SA.

<sup>5</sup> mulsum—facies om. ac: facies SA.

<sup>a</sup> A thin wine made for the use of labourers (Varro, *De Re Rustica*, I. 54).

wards tread with your feet and squeeze the grapes in a new wicker basket. Some people prepare old 4 rain-water for this purpose and boil it down to a third of its original volume; then, when they have dried the grapes in the manner described above, they add the boiled-down water instead of wine and carry out the rest of the process in the same manner. Where there is plenty of wood, this wine costs very little and in use is even sweeter than the brands of raisin-wine described above.

XL. The best after-wine<sup>a</sup> is made as follows. Calculate to how many *metretae* the tenth part of the wine which you make in one day amounts and put that number of *metretae* of fresh water on the grape-skins out of which one day's wine has been pressed. Pour also into the same vessel the scum of the must boiled down to a third or to a half of the original volume and the dregs from the vat and mix together and let this mash soak for one night. On the next day tread it and, when it is thus thoroughly mixed, put it under the press. Then put what has flowed out either into barrels or jars and, when it has fermented, close the vessels up. It is more convenient to keep it in wine-jars. Marcus Columella used to make this same after-wine with old water and frequently kept it without its spoiling for more than two years.

XLI. The following is the way to make very good mead. Take straightway from the wine-vat must called *lixivum*—which will be that which has flowed from the grapes before they have been too much trodden—but make it with grapes from vines which grow upon trees and pick them on a dry day. You will put ten pounds of the best honey into an *urna* of must and, after carefully mixing them together, you

protinus gypsabis, iubebisque in tabulato poni; si plus volueris facere, pro portione qua supra mel adicies. Post trigesimum et alterum diem lagoenam aperire oportebit, et in aliud vas mustum eliquatum oblinire, atque in fumum reponere.

XLII. Compositio medicamenti ad tormina, quod vocatur *διὰ ὀπώρας*.<sup>1</sup> In cacabo fictili novo, vel in stagneo coquitur musti arbustivi Aminei urna, et mala cydonea grandia expurgata viginti, et integra mala dulcia granata, quae Punica vocantur, et sorba<sup>2</sup> non permitia divisa exemptis seminibus, quae sint<sup>3</sup> 2 instar sextariorum trium. Haec ita coquuntur, ut omnia pomā deliquescant cum musto, et sit puer, qui spatha lignea vel arundine permisceat poma, ne possint aduri. Deinde cum fuerint decocta, ut non multum iuris supersit, refrigerantur et percolantur: eaque, quae in colo subsederunt, diligenter contrita levigantur, et iterum in suo sibi iure lento igni, ne adurantur, carbonibus decoquuntur, donec crassamen in modum faecis existat. Prius tamen quam de igne medicamentum tollatur, tres heminae roris Syriaci contriti et cribrati super omnia adiciuntur, et spatha<sup>3</sup> permiscetur, ut coeant cum ceteris. Tum refrigeratum medicamentum adicitur in vas fictile novum picatum, idque gypsatum alte suspenditur ne pallorem trahat.

<sup>1</sup> compositio—*διὰ ὀπώρας om. ac : ὀπώρα S.*

<sup>2</sup> sorba *ac : sorva A : soruua S.*

<sup>3</sup> sphata *A : spathata S : spha c.*

will store the must in a flagon and immediately seal it up with plaster and order it to be placed in a loft. If you wish to make more, you will add honey in the proportion mentioned above. After thirty-one days you will have to open the flagon and after straining the must into another vessel plaster it up and place it back where the smoke will reach it.

XLII. The preparation of a remedy against colic called "fruit-syrup" is made as follows. An *urna* of must made from Aminean grapes grown on trees is boiled in a new earthenware or tin cooking-pot with twenty large quinces which have been well cleaned and are sound, sweet pomegranates, which are called Carthaginian apples, and service-apples which are not very soft and have been split and had their seeds removed, a quantity weighing about three *sextarii*. These are boiled so that all the fruit dissolves in the must, and there should be a boy to stir the fruit with a wooden slice or a reed, so that it cannot burn. Then when they have been boiled down so that not much juice remains, they are allowed to cool and are strained, and what is left at the bottom of the strainer is carefully crushed and pulverized and then boiled again a second time in its own juice upon a slow charcoal fire, so that it may not burn, until a thick sediment, resembling lees, is formed. But before the preparation is removed from the fire, 3 three *heminae* of Syrian rosemary, crushed and sifted, are added on the top of all and mixed in with a spatula, so that it may unite with the other ingredients. Then, when the preparation has cooled, it is put into a new earthenware vessel treated with pitch, and this is then plastered over and hung up high so that it may not acquire a pale colour.

How to  
make fruit  
syrup.

XLIII. Caseum sic condiemus.<sup>1</sup> Casei aridi ovilli proximi anni frustra ampla facito, et in picato vase<sup>2</sup> composito: tum optimi generis musto adimpleto, ita, ut superveniat, et sit ius aliquanto copiosius quam<sup>3</sup> caseus. Nam caseus<sup>4</sup> combibit, et fit vitiosus, nisi mustum semper supernatet.<sup>5</sup> Vas autem cum impleveris, statim gypsabis: deinde post dies viginti licet aperias, et utaris qua voles adhibita conditura. Est autem etiam per se non iniucundus.

XLIV. Uvas, ut sint virides usque ad annum, sic custodies:<sup>6</sup> uvas bumastos vel duracinas vel purpureas cum deseceris a vite, continuo pediculos earum impicato dura pice: deinde labellum fictile novum impleto paleis quam siccissimis cribratis, ut sine pulvere sint, et ita uvas superponito: tum labello altero adoperito, et circumlinito luto paleato, atque ita in tabulato siccissimo composita<sup>7</sup> labra paleis siccis obruito.

2 Omnis autem uva sine noxa servari potest, si luna decrescente et sereno caelo post horam quartam, cum iam insolata est, nec roris quicquam habet, viti detrahatur. Sed ignis in proximo decumano fiat, ut pix ferveat, in qua pediculi uvarum statim demit-

<sup>1</sup> caseum sic condiemus *om. ac.*

<sup>2</sup> vase *c*: vaso *SAa.*

<sup>3</sup> cum *ac*: quō *SA.*

<sup>4</sup> nam caseus *om. SAac.*

<sup>5</sup> et ut *post* supernatet *add. SAa*: ut *om. c.*

<sup>6</sup> uvas—custodies *om. ac.*: custodies *S*: -emus *A.*

<sup>7</sup> composita *ac*: -o *SA.*

XLIII. The following is the method by which we shall preserve cheese. Cut large slices of sheep's milk cheese of last year and place them together in a vessel which has been treated with pitch; then fill it up with the best kind of must so that it covers the cheese and that there may be somewhat more liquid than cheese; for the cheese always absorbs the must and spoils, unless the latter floats above it. When you have filled the vessel, you will plaster it up immediately. Then after twenty days you may open it and use whatever seasoning you please; it is not unpleasant too by itself.

XLIV. In order that grapes may remain green for as much as a year, you will keep them in the following manner. When you have cut from the vine grapes in welling clusters or hard-skinned grapes or purple grapes, immediately treat their pedicles with hard pitch; then fill a new earthenware pan with the driest possible chaff, which has been sifted that it may be free from dust, and put the grapes upon it. Then cover it with another pan and daub it round with clay mixed with chaff, and then, after arranging the pans in a very dry loft, cover them up with dry chaff.

Grapes of every kind can be kept without spoiling<sup>2</sup> if they are plucked from the vine when the moon is waning and the weather is fine, after the fourth hour and when they have already been exposed to the sun and have no dew upon them. But a fire should be made on the nearest path going from east to west,<sup>a</sup> so that the pitch, in which the pedicles of the grapes

<sup>a</sup> Cp. Pliny, *N.H.* XVII. § 169, *vineas limitari decumano XVIII pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus.* A similar path going north and south was called *cardo*.

tantur. In dolium bene picatum defruti amphoram conicito, deinde transversos fustes spisse arctato, ita ut defrutum non contingant: tum superponito fictiles novas patinas, et in his sic uvam disponito, ut altera alteram non contingat: tum opercula patinis imponito et linito. Deinde alterum tabulatum, et tertium, et quamdiu magnitudo patitur dolii,<sup>1</sup> similiter superinstruito, et eadem ratione uvas componito. Deinde picatum operculum dolii defruto large linito, et ita compositum cinere obturato.

3 Nonnulli adiecto defruto contenti sunt transversas perticas arctare, et ex his uvas ita suspendere, ne defrutum contingant: deinde operculum impositum oblinire. Quidam uvas cum ita, ut supra dixi, legerunt, doliola nova sine pice in sole siccant. Deinde cum ea in umbra refrigeraverunt, furfures hordeaceos adiciunt, et uvas ita superponunt, ut altera alteram<sup>2</sup> non comprimat: tum generis eiusdem furfures infundunt, et alterum tabulatum uvarum eodem modo collocant: idque faciunt usque dum dolium alternis furfuribus et uvis compleant. Mox opercula imposita linunt, et uvas siccissimo frigidissimoque tabulato reponunt.

4 Quidam eadem ratione arida populnea vel abiegna scobe virides uvas custodiunt. Nonnulli sicco flore

<sup>1</sup> dolii *a*: dolis *SA*: doliis *c*.

<sup>2</sup> alteram *Ac*: altera *S*: *om. a*.

may be immediately dipped, may be boiling hot. Pour an *amphora* of boiled-down must into a barrel well coated with pitch; then press in cross-pieces of wood close together in such a way as not to touch the boiled-down must; then put on the top new earthenware dishes and put the grapes on them in such a way that they do not touch one another; then put covers on the dishes and seal them up. Next construct another story similarly above, and then a third, and continue the process as long as the size of the barrel allows, and arrange the grapes in the same manner. Then, after treating the lid of the barrel with pitch, smear it generously with boiled-down must and then, when you have put it on, stop it up with ashes.

Some people, after pouring in the boiled-down<sup>3</sup> must, are content with putting the cross-pieces in close together and hanging the grapes from them so as not to touch the must, and then putting on the lid and sealing it up. Some people, after gathering the grapes in the manner I have described above, dry small, new barrels in the sun without any pitch; then, when they have cooled in the shade, they put barley-bran into them and place the grapes on the top so that they do not press upon one another; then they pour in barley-bran of the same kind and arrange another layer of grapes in the same way as before. This they do until they fill the barrel with alternate strata of bran and grapes. Next they put on the lids and seal them up and store the grapes in a very dry and cool loft.

Some people, after the same method, preserve<sup>4</sup> green grapes in dry saw-dust of poplar-wood or fir; others cover up the grapes, which they have picked

gypsi obruunt uvas, quas non nimium maturas vitibus detraxerunt. Alii cum legerunt uvam, siqua sunt in ea vitiosa grana forficibus amputant, atque ita in horreo suspendunt, in quo triticum suppositum est. Sed haec ratio rugosa facit acina, et paene tam dulcia, quam est uva passa.

- 5 Marcus Columella patruus meus ex ea creta qua fiunt amphorae, lata vasa in modum patinarum fieri iubebat: eaque intrinsecus<sup>1</sup> et exterius crasse picari: quae cum praeparaverat, tum demum purpureas et bumastos et Numisianas et duracinas uvas legi praecipiebat, pediculosque earum sine mora in ferventem picem demitti, et in praedictis patinis separatim sui cuiusque generis ita componi, ne uvae inter se contingerent: post hoc opercula superponi, et oblini  
6 crasso gypso: tum demum pice dura, quae igni liquata esset, sic picari, nequis humor transire posset:<sup>2</sup> tota deinde vasa in aqua fontana vel cisternina ponderibus impositis mergi, nec ullam partem earum pati exstare. Sic optime servatur uva. Sed cum est exempta, nisi eo die consumitur, aescit.
- 7 Nihil est tamen certius, quam vasa fictilia facere, quae singulas uvas laxè recipiant. Ea debent quattuor ansas habere, quibus illigata viti dependeant:<sup>3</sup> itemque opercula eorum sic formari, ut media divisa sint, ut cum suspensa vasa singulas

<sup>1</sup> extrinsecus *S.*

<sup>2</sup> possit *SAac.*

<sup>3</sup> dependeat *SAac.*

from the vines when they were not too ripe, in dry flower of gypsum. Others, when they have picked a bunch, cut off with shears any defective grapes in it, and then hang it up in the granary where there is wheat stored below them. But this method causes the grapes to become shrivelled and almost as sweet as raisins.

Marcus Columella, my uncle, used to order broad<sup>5</sup> vessels like dishes to be made of clay of which wine-jars are made and to be thickly covered with pitch inside and outside. When he had got them ready, he finally gave instructions that purple and big-clustered and Numisian<sup>a</sup> and hard-skinned grapes should be picked and their pedicles plunged without delay into boiling pitch and that they should be arranged in the dishes mentioned above, each kind separately, in such a way that the bunches did not touch one another, and that then the covers should be put over them and sealed with thick gypsum; then finally that they<sup>6</sup> should be treated with hard pitch which had been melted in the fire so that no moisture could pass through. He then ordered that the vessels should be completely submerged in spring- or cistern-water and weights placed on the top of them, no part of them being allowed to stand out of the water. On this system the grapes were excellently preserved; but, once they were taken out, they went sour unless they were eaten that day.

Nevertheless there is no more reliable method than<sup>7</sup> to make earthenware vessels each with ample room to hold a single bunch of grapes. They should have four handles by which they may hang tied to the vine; also their covers should be shaped as to be divided in the middle, so that, when the suspended

<sup>a</sup> This epithet, like many others applied to vines, olives, etc., is derived from the name of a Roman *gens*.

uvae receperint, ex utroque latere appositi<sup>1</sup> operculi duae partes coëant, et contegant uvae. Et haec vasa et opercula extrinsecus et intra diligenter picata esse debebunt: deinde cum contexerunt uvae, luto paleato multo adoperiri: sed uvae dependentes a matre sic in pultarios condi debebunt, ne qua parte vasa contingant. Tempus autem quo includi debent, id fere est, quo<sup>2</sup> adhuc siccitatibus et sereno caelo crassa<sup>3</sup> variaque sint acina.

Illud in totum maxime praecipimus, ne in eodem loco mala et uvae componantur, neve in vicino,<sup>4</sup> unde odor malorum possit ad eas pervenire. Nam huiusmodi halitus celeriter acina corrumpunt. Eae tamen custodiendorum pomorum rationes, quas retulimus, non omnes omnibus regionibus aptae sunt, sed pro conditione locorum et natura uvarum aliae aliis conveniunt.

XLV. Antiqui plerumque Sircitulas<sup>5</sup> et Venuculas et maiores Amineas, et Gallicas, quaeque maioris et duri et rari acini erant, vasis condebant: nunc autem circa urbem maxime ad hunc usum Numisianae probantur. Hae sereno caelo, cum iam sol rorem sustulit, quarta vel quinta hora,<sup>6</sup> si modo luna decrescit et sub terris est, modice maturae rectissime leguntur: statim pediculi earum picantur: deinde in cratibus ita ponuntur, ne altera alteram collidat.

<sup>1</sup> at posite *SA*: apposite *a*: opposite *c*.

<sup>2</sup> quod *SAac*.

<sup>3</sup> grossa *SAac*.

<sup>5</sup> scirriculos *SAac*.

<sup>4</sup> vicinos *SAac*.

<sup>6</sup> horas *SAac*.

<sup>a</sup> Pliny, *N.H.* IV. § 34 says that Venuculan and Sircitulan were names applied to the same species of grape by the people of Campania; see note on Book III. 2. 2.

vessels have each received a bunch of grapes, the two halves of the lid, applied from either side, may meet and protect the grapes. Both these vessels and their covers will have to be carefully treated with pitch outside and inside. Then, when the lids have enclosed the grapes, they should be covered with a quantity of clay mixed with chaff. But the bunches hanging from the mother-vine will have to be put in pots, so that they do not touch the vessels at any point. The season when they ought to be enclosed is usually that at which it is still dry and the weather good and the grapes are big and variegated in colour.

We lay it down as a general rule that above all things apples and grapes should not be laid up in the same place or so near one another that the odour of the apples can reach the grapes. For exhalations of this kind quickly spoil the grapes. The methods of preserving apples, however, which we have mentioned, are not all adapted to every district, but different methods suit different districts according to the local conditions and the quality of the grapes.

XLV. The ancients usually stored in pots Sircitulan and Venuculan<sup>a</sup> and the larger Aminean<sup>b</sup> and Gallic grapes and those which have large, hard berries far apart; but in these days in the district round the city Numisian grapes are most commended for this purpose. These are best gathered moderately ripe, when the weather is fine and the sun has already evaporated the dew, at the fourth or fifth hour, always provided that the moon is waning and is beneath the earth. Their pedicles are immediately treated with pitch. The bunches are then placed on hurdles in such a way that they do not bruise one

The same subject continued.

<sup>b</sup> See note on Book II. 2. 7.



2 Tum demum sub tectum referuntur, et acida vel vitiosa grana forficibus amputantur: et cum paululum sub umbra refrixerint, ternae aut etiam quaternae pro capacitate<sup>1</sup> vasorum in ollas demittuntur et opercula diligenter pice obturantur, ne humorem transmittant. Tum vinaceorum pes bene prelo expressus prouit, et modice separatis scopionibus resoluta intrita folliculorum in dolio substernitur, et deorsum versus spectantes ollae componuntur, ita  
3 distantes, ut intercalari possint vinacea: quae cum diligenter conspissata primum tabulatum fecerunt, aliae ollae eodem modo componuntur exlentque secundum tabulatum. Deinde similiter doliis extruuntur ollae et spisse incalcantur. Mox usque ad summum labrum vinacea condensantur, et statim operculo superposito cinere in modum gypsi temperato dolium linitur. Monendus autem erit, qui vasa empturus est, ne bibulas aut male coctas ollas emat. Nam utraque res transmisso humore vitiat uvam. Quinetiam oportebit, cum ad usum promuntur ollae, tota singula tabulata detrahi. Nam conspissata vinacea, si semel mota sunt, celeriter aescunt, et uvas corrumpunt.

XLVI. Sequuntur vindemiam rerum autumnalium compositiones, quae et ipsae curam villicae distendunt. Nec ignoro plurima in<sup>2</sup> hunc librum non esse collata, quae C. Matus diligentissime persecutus est. Illi enim propositum fuit urbanas

<sup>1</sup> capacitate c: capitate Aa: capietate S.

<sup>2</sup> in om. SAac.

<sup>a</sup> See note on Ch. 4. § 2 of this book.

another. Finally then they are taken indoors and the 2 sour or defective grapes are cut off with shears; and, when they have cooled off a little in the shade, three or even four bunches, according to the capacity of the vessels, are let down into each pot and the lids are carefully closed up with pitch so that they may not let any moisture pass in. Then a foot of grape-skins well squeezed in the wine-press is emptied out and, after the stalks have been pretty well separated and the mass of the skins broken up, it is spread on the bottom of a barrel and the pots are arranged inside it with their mouths downwards at such a distance from one another that the grape-skins can be trodden between them; and when these have been carefully 3 pressed together and have formed a first layer, other pots are arranged similarly and complete a second layer. Then in like manner more pots are piled up in the barrels and are closely trodden in. Next the grape-skins are packed in right up to the brim and immediately the cover is put on the top and the barrel is sealed with ashes mixed like plaster. The would-be purchaser, however, will have to be warned not to buy pots which absorb moisture or are badly baked; for both those defects spoil the grapes by letting in the moisture. Moreover, when the pots are brought out for use, whole layers will have to be moved together; for closely packed grape-skins, once they are moved, quickly turn sour and spoil the grapes.

XLVI. After the vintage is over comes the putting up of autumnal produce, which of itself is a great addition to the duties of the bailiff's wife. I am not ignorant that there are many subjects of which Gaius Matus<sup>a</sup> has carefully treated, but which have not been inserted in this book; for his purpose was to give

How to preserve pomegranates.

mensas et lauta convivia instruere. Libros tres edidit, quos inscripsit nominibus Coci, et Cetarii,<sup>1</sup> et Salgamarii.<sup>2</sup> Nobis tamen abunde sunt ea, quae facile rusticae simplicitati non magna impensa possunt contingere.

2 Quidam, pediculos punicorum, sicuti sunt in arbore, intorquent, ne pluviis mala rumpantur et hiantia dispereant, eaque ad maiores ramos religant, ut immota permaneant; deinde sparteis retibus arborem cludunt, ne aut corvis aut cornicibus aliisve avibus pomum laceretur. Nonnulli vascula filitilia dependentibus malis<sup>3</sup> aptant, et illita luto paleato arboribus haerere patiuntur: alii faeno vel culmo singula involvunt, et insuper luto paleato crasse<sup>4</sup> linunt, atque ita maioribus ramis illigant, ne, ut dixi, vento commoveantur.

3 Sed haec omnia, ut dixi, sereno caelo administrari sine rore debent: quae tamen aut facienda<sup>5</sup> non sunt, quia laeduntur arbusculae: aut certe non continuis annis usurpanda, praesertim cum liceat etiam detracta arboribus eadem innoxia<sup>6</sup> custodire. Nam et sub tecto fossulae<sup>7</sup> tripedanae<sup>8</sup> siccissimo loco fiunt: eoque cum aliquantulum terrae minutae repositum est, infiguntur sambuci ramuli: deinde sereno caelo granata leguntur<sup>9</sup> cum

<sup>1</sup> et Cetarii *om. SAac.*

<sup>2</sup> salgamari *SAac.*

<sup>3</sup> mali *SAac.*

<sup>4</sup> crasse *ac: grasse SA.*

<sup>5</sup> facienda *ac: -o SA.*

<sup>6</sup> innoxiae *SAac.*

<sup>7</sup> fossulae *a: possulae SA: passulae c.*

<sup>8</sup> tripedane *S: tripedanae Aa: tripidanae c.*

<sup>9</sup> legantur *SAac.*

instructions for urban dinner-parties and sumptuous entertainments, and he produced three books on which he inscribed the titles "the Cook," "the Fish-monger" and "The Pickle-maker." We, however, are abundantly satisfied with such things as may, without great expense, fall to the lot of those living a simple, rural life.

Some people twist the pedicles of pomegranates,<sup>2</sup> just as they grow upon the tree, so that the fruit may not be burst by the rains and, gaping open, utterly perish, and tie them to the larger branches that they may remain undisturbed; then they enclose the tree with nets made of broom, so that the fruit may not be torn by crows or rooks or other birds. Some people fit small earthenware vessels over the hanging fruit and, after daubing over with clay mixed with chaff, allow them to hang from the trees; others wrap up each fruit in hay or straw and smear them over thickly with clay mixed with chaff and then tie them to the larger branches, so that they may not be disturbed by the wind, as I have already said.

All these operations, as I have said, should<sup>3</sup> be carried out when the weather is fine and there is no dew. But still they ought not to be carried out at all because the small trees are damaged, or at any rate they should not be put into practice year after year, particularly when one can pick this same fruit from the trees and keep it without its spoiling; for even under cover small trenches three feet across can be made in a very dry place and, after a little earth broken into small pieces has been put back, small branches of elder can be fixed in the ground, and then when the weather is calm pomegranates are picked together with their pedicles and

suis pediculis, et sambuco inseruntur (quoniam sambucus tam apertam et laxam medullam habet, ut  
 4 facile malorum pediculos recipiat). Sed cavere oportebit, ne minus quattuor digitis a terra absint, et ne inter se poma contingant. Tum factae scrobi operculum imponitur, et paleato luto circumlinitur, eaque humo, quae fuerat egesta, superaggeratur. Hoc idem etiam in dolio fieri potest, sive quis volet resolutam terram usque ad dimidium vas adicere,<sup>1</sup> seu, quod quidam malunt, fluvialem arenam, cetera-  
 5 que eadem ratione peragere. Poenus quidem Mago praecipit aquam marinam vehementer calefieri, et in ea mala granata lino vel sparto ligata paulum demitti, dum decolorentur, et exempta per triduum in sole siccati: postea loco frigido suspendi, et cum res exegerit, una nocte et postero die usque in eam horam, qua fuerit utendum, aqua frigida dulci macerari. Sed et idem auctor est creta figulari bene subacta recentia mala crasse illinire, et cum argilla exaruit, frigido loco suspendere. Mox cum exegerit usus, in aquam demittere,<sup>2</sup> et cretam resolvere. Haec ratio tamquam recentissimum pomum custodit.  
 6 Idem iubet Mago in urceo novo fictili substernere scobem populineam vel iligineam,<sup>3</sup> et ita disponere, ut scobis inter se calcari possit: deinde facto primo tabulato rursus scobem substernere, et similiter mala

<sup>1</sup> adicitur *S*: eicitur *Aac*.<sup>2</sup> demittere *SAac*.<sup>3</sup> iliginea *SAac*.

inserted in the elder bush, for the pith of the elder is so loose and soft that it easily receives the pedicle of the fruit. But care will have to be taken that the 4 pomegranate is not less than four inches from the ground and that the fruits do not touch one another. Next a cover is placed over the trench which you have made and is daubed all round with clay mixed with chaff and a mound is heaped over it with the earth which was dug out. The same thing can be done in a barrel, whether one chooses to fill it half-full with loose earth or, as some people prefer, with river-sand, the rest of the process being carried out as before. Mago the Carthaginian recommends that sea-water 5 should be made exceedingly hot and that the pomegranates, tied with flax or rush, should be let down into it for a short time until they are discoloured and then taken out and dried for three days in the sun, and that afterwards they should be hung up in a cool place and, when they are required for use, they should be soaked in cold, fresh water for a night and the following day until the time when they are to be used. The same writer also suggests daubing the fruit, when it is fresh, thickly with well-kneaded potter's clay, and when the clay has dried, hanging it up in a cool place; then, when it is required for use, the fruit should be plunged in water and the clay dissolved. This process keeps the fruit as fresh as if it had only just been picked.

Mago also recommends that sawdust of poplar-6 wood or holm-oak wood should be spread on the bottom of a new earthenware pot and the fruit arranged so that the sawdust can be trodden in between them and that, when the first layer has been formed, sawdust should be again put down and the

disponere,<sup>1</sup> donec urceus <sup>2</sup> impleatur: qui cum fuerit repletus, operculum imponere, et crasso luto diligenter oblinire.

7 Omne autem pomum quod in vetustatem reponitur, cum pediculis<sup>3</sup> suis legendum est: sed, si sine arboris noxa fieri possit, etiam cum ramulis. Nam ea res plurimum ad perennitatem confert. Multi cum ramulis suis arbori detrahunt, et creta figulari cum diligenter mala obruerunt, in sole siccant: deinde si qua rimam creta fecit, luto linunt, et assiccata frigido loco suspendunt.

XLVII. Multi eadem ratione, qua granata, in scrobibus vel doliis servant cydonea. Nonnulli foliis ficulneis illigant, deinde cretam figurarem cum amurca subigunt,<sup>4</sup> et ea linunt mala, quae cum siccata sunt, in tabulato frigido loco et sicco reponunt. Nonnulli haec eadem in patinas novas sicco gypso ita 2 obruunt, ut altera alteram non contingant. Nihil tamen certius aut melius experti sumus, quam ut cydonea maturissima, integra, sine macula, et sereno caelo, decrescente luna, legantur, et in lagoena nova, quae sit patentissimi oris, detera lanugine quae malis inest, componantur leviter et laxe, ne collidi possint: deinde cum ad fauces usque fuerint composita, vimineis surculis sic transversis<sup>5</sup> arcentur, ut modice mala comprimant, nec patiantur ea, cum acceperint liquorem, sublevari. Tum quam optimo et liquidissimo melle vas usque ad summum ita re-

<sup>1</sup> itaque sic facere *post* disponere *add. S.*

<sup>2</sup> urceus *ac*: urcilus *SA.*

<sup>4</sup> subiciunt *SA.*

<sup>3</sup> peciolis *SA.*

<sup>5</sup> tranversi *SA.*

fruit similarly arranged until the pot is full, and, when it is full, the lid should be put on it and carefully sealed with thick clay.

Every fruit which is stored away to be kept for a 7 long time ought to be picked with its pedicles; and if this can be done without harm to the tree, with a small branch also, for this contributes very greatly to making it last a long time. Many people pull the fruits from the trees together with the small boughs and, after carefully covering them with potter's clay, dry them in the sun; then they daub over with ordinary clay any crack in the potter's clay and after drying the fruits hang them up in a cool place.

XLVII. Many people keep quinces in pits or barrels in the same manner as they preserve pomegranates. Some tie them up in fig-leaves and then knead potter's clay with lees of oil and smear the quinces with it and, when they are dry, store them in a cool dry place in a loft. Others put these same fruits into new pans and cover them up with dry plaster in such a way that they do not touch one another. Nevertheless 2 we have not experienced any more sure and satisfactory method than, when the weather is calm and the moon waning, to pick quinces which are very ripe, sound and without blemish and, after wiping off the down which is upon them, to arrange them lightly and loosely, so that they may not be bruised, in a new flagon with a very wide mouth; then, when they have been stowed in up to the neck of the vessel, they should be confined with willow-twigs laid across them in such a way that they compress the fruit slightly and do not allow them to be lifted up when they have liquid poured upon them. Then the vessel should be filled up to the top with the very best and most

How to preserve quinces and various other fruits.

3 pleatur, ut pomum submersum sit. Haec ratio non solum ipsa mala custodit, sed etiam liquorem musei<sup>1</sup> saporis praebet, qui sine noxa possit inter cibum dari febricitantibus, isque vocatur melomeli. Sed cavendum est, ne, quae in melle custodire volueris, immatura male condantur: quoniam cruda<sup>2</sup> si lecta<sup>4</sup> sunt, ita indurescunt, ut usui<sup>3</sup> non sint. Illud vero quod multi faciunt, ut ea dividant osseo cultro, et semina eximant, quod putent ex eis pomum vitiari, supervacuum est. Sed ratio quam nunc docui,<sup>4</sup> adeo quidem certa est,<sup>5</sup> ut etiam si vermiculus inest, non amplius tamen corrumpantur mala, cum praedictum liquorem acceperint: nam ea mellis est natura, ut coërceat vitia, nec serpere ea patiatur: qua ex causa etiam exanimus corpus hominis per annos plurimos innoxius conservat.

5 Itaque possunt etiam alia genera malorum sicut orbiculata, Cestiana,<sup>6</sup> melimela, Matiana, hoc liquore custodiri. Sed quia videntur in melle dulciora fieri sic condita, nec proprium saporem conservare, arculae faginae vel etiam tillagineae, quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur, huic rei paulo ampliores praeparari debent, eaeque in tabulato frigidissimo et siccissimo, quo neque fumus neque taeter perveniat odor, collocantur: deinde carta<sup>7</sup> substrata

<sup>1</sup> mulsi *SAac.*

<sup>2</sup> grossa *SAac.*

<sup>3</sup> usi *SAa*: usui *c.*

<sup>4</sup> est—docui: esse non docui *SAac.*

<sup>5</sup> certa est *om. SAac.*

<sup>6</sup> caesiana *SA*: cesiana *ac.*

<sup>7</sup> cartha *S*: *om. Aac.*

liquid honey, so that the fruit is submerged. This<sup>3</sup> method not only preserves the fruit itself, but also provides a liquor which has the flavour of honey-water and can without danger be given at their meals to sufferers from fever. It is called *melomeli*. But care must be taken that the fruit which you wish to preserve in honey is not stored before it is ripe; for, if it is picked when it is unripe, it becomes so hard as not to be fit for use. But the practice of many<sup>4</sup> people of cutting up the fruit with a bone knife and taking out the seeds, because they think that the fruit receives harm from these, is quite superfluous, but the method which I have just described is, indeed, so sure that even if there is a small worm in the fruits, they do not deteriorate any further once they have the liquid described above added to them; for such is the nature of honey that it checks any corruption and does not allow it to spread, and this is the reason too why it preserves a dead human body for very many years without decay.

So also various kinds of apples can be kept in this<sup>5</sup> liquid, such as globe-apples,<sup>a</sup> Cestine apples, honey-apples and Matian<sup>b</sup> apples; but since when thus stored they seem to become sweeter in the honey and not to keep their own particular flavour, small chests of beech or even lime wood such as those used for storing official robes but somewhat large, ought to be prepared for this purpose and placed in a very cold and dry loft, to which neither smoke nor foul odour can penetrate. Then, when a thin sheet has been spread below, the apples already men-

<sup>a</sup> Apparently a highly esteemed kind, since *malis orbiculatis pasti* was a proverbial expression for well-fed (Cicero, *Fam.* 8. 15. 1).

<sup>b</sup> Probably called after C. Matius; see note on Ch. 4. § 2 of this book.

praedicta poma<sup>1</sup> sic componi ut flosculi sursum pediculi deorsum spectent, quemadmodum etiam in arbore nata sunt, et ne inter se alterum ab altero contingantur. Item observandum est, ut unumquodque genus separatim propriis arculis reponatur.<sup>2</sup> Nam cum una clausa sunt diversa genera, inter se discordant, et celerius vitiantur. Propter quod etiam conseminalium vinearum non tam est firmum vinum, quam si per se sincerum Amineum, vel apianum, aut etiam faecinium<sup>3</sup> condideris. Verum sicut supra dixi, cum diligenter mala fuerint composita, operculis arcularum contegantur, et luto paleato linantur opercula, ne introire spiritus possit. Atque ea ipsa nonnulli, sicut in aliis generibus supra iam diximus, populnea, quidam etiam abiegna<sup>4</sup> scobe interposita, mala custodiunt. Haec tamen poma non matura, sed acerbissima legi debent.

XLVIII. Inulae curatio.<sup>5</sup> Cum eius radicem mense Octobri, quo maxime matura est, e terra erueris, aspero linteolo vel etiam cilicio detergito quidquid arenae inhaerebit: deinde acutissimo cultello summam eradito, et quae plenior radícula fuerit, pro modo crassitudinis, in duas vel plures partes digiti longitudine diffindito: deinde ex aceto modice in aeneo coquito, ita ne taleolae semicrudae sint. Post haec in umbra triduo siccentur, et ita in fideliam picatam

<sup>1</sup> pomi SAac.

<sup>2</sup> reponantur SAac.

<sup>3</sup> fecinum SAac.

<sup>4</sup> abiegna ac: abiegenae S: abigena A.

<sup>5</sup> inulae curatio SA: om. ac.

<sup>a</sup> I.e. the part of the apple opposite to the pedicle, sometimes called *umbilicus*.

<sup>b</sup> See note on Chap. XXXIX.

tioned should be so arranged that the "floweret"<sup>a</sup> faces upwards and the pedicle downwards, as they grew on the tree, and so as not to touch one another. Care must also be taken that each kind is stored<sup>6</sup> separately in its own chest; for when different kinds are shut up together, they disagree with one another and more quickly deteriorate. It is for this reason too that the wine from vineyards in which different kinds of vines are planted does not keep so well as when you have stored unmixed Aminean or Apian beewine<sup>b</sup> or even faecinian<sup>c</sup> wine by themselves. But, as I have said above, when the apples have been carefully arranged, they should be covered with the lids of the chests and these should be smeared with clay mixed with chaff, so that the air cannot enter. Furthermore, these very apples some people keep, as we have already mentioned above in speaking of other kinds, by putting poplar- or fir-tree-sawdust between them; but these apples should be picked when they are not-ripe but still very bitter.

XLVIII. For the preservation of elecampane,<sup>d</sup> How to pickle elecampane. you pull the root out of the earth in the month of October, when it is at its ripest, and wipe off with a coarse linen cloth or even with a hair-cloth any sand which sticks to it, and then scrape it superficially with a very sharp knife, and split the stouter of the small roots into two or more parts, according to its thickness, of a finger's length. Then cook them slightly in a brass pot in vinegar so that the slices may not be half raw. After this they should be dried for three days in the shade and then stored in a jar treated

<sup>c</sup> See Book III. 2. 14; the name was derived from the fact that this wine produced more dregs (faeces) than other kinds.

<sup>d</sup> *Inula helenium*.

recondantur, adiecto passo vel defruto, quod super-  
natet, spissamentoque cunilae imposito contextum  
vas pelliculetur.

- 2 Alia inulae conditura. Cum radices eius eraseris,  
taleolas ut supra facito, et in umbra triduo vel etiam  
quatriduo siccato: deinde siccatas in vasis sine pice,  
interiecta cunila conicito. Ius infundito, quod eam  
compositionem habeat, ut sex partibus aceti una  
pars sapae misceatur cum hemina salis cocti. Eo  
iure macerentur taleolae, donec quam minimum  
3 amaritudinis resipiant. Postea exemptae<sup>1</sup> iterum  
siccentur per dies quinque in umbra: tum crassa-  
mentum<sup>2</sup> vini faeculentis, nec minus, si sit, mulsi, et  
utriusque eorum quartam partem boni defruti con-  
fundito in ollam: quae cum inferbuerit, taleolas  
inulae adicito, et statim ab igne removeto, ac ru-  
dicula lignea peragitato, donec perfecte refrigescant.  
Postea transfundito in fideliā picatam, operculo  
tegitō, tumque pelliculato.
- 4 Cum radículas diligenter eraseris, minute concisas  
in muria dura macerato, donec amaritudinem di-  
mittant. Deinde effusa muria, sorba<sup>3</sup> quam optima  
et maturissima semine detracto contere, et cum inula  
miscē. Tum sive passum seu quam optimum de-  
5 frutum adicito, et vas obturato. Quidam cum

<sup>1</sup> exempta *SAac.*

<sup>2</sup> crassamen *S.*

<sup>3</sup> sorba *a*: sorva *c*: sorua *A*: soruua *S.*

with pitch, raisin-wine or boiled-down must having  
been added, which should cover the top of them, and,  
after a stuffing of marjoram has been put in, the vessel  
should be shut up and covered with a piece of skin.

Here is another method of preserving elecampane. 2  
After scraping the roots, cut them into slices, as A second method.  
above, and dry them for three or even four days in  
the shade; then, when they are dry put them in  
vessels without pitch, adding some marjoram to  
them. Pour in a liquid composed as follows: one  
part of must boiled-down to half its original volume  
mixed with six parts of vinegar together with a  
*hemina* of baked salt. Let the slices soak in this  
liquid until they have the least possible taste of  
bitterness. Afterwards let the slices be taken out 3  
again and dried for five days in the shade; then  
pour into a pot the sediment of wine which is full of  
dregs and likewise of mead, if you have any, and  
good boiled-down must to a fourth part of the other  
two ingredients. When this mixture has boiled,  
add the slices of elecampane and immediately remove  
the pot from the fire and stir it well with a wooden  
spoon until the slices have become perfectly cold.  
Afterwards transfer them to a jar, which has been  
treated with pitch, and cover it with a lid and then  
put a piece of skin on the top.

After carefully scraping the small roots, cut them 4  
up very small and soak them in hard brine until they  
lose their bitterness; then, after pouring away the  
brine, crush the very best and ripest service-apples  
after taking out the seeds and mix with the elecam-  
pane. Then add either raisin-wine or the best  
possible boiled-down must and stop up the vessel.  
Some people, after they have preserved elecampane 5

condiverunt inulam muriaque maceraverunt, exsiccant, et malis cydoneis tritis, quae in defruto vel melle decoxerant, miscent: atque ita superfundunt<sup>1</sup> passum vel defrutum, et vas operculatum pelliculant.<sup>2</sup>

XLIX. Olivarum conditurae. Acerbam Pauseam mense Septembri, vel Octobri, dum adhuc vindemia est, contunde,<sup>3</sup> et aqua calida paululum maceratam exprime, faeniculique seminibus et lentisci cum cocto<sup>4</sup> sale modice permixtam reconde in fideliam, et mustum quam recentissimum infunde. Tum fasciculum viridis faeniculi superpositum merge, ut<sup>2</sup> olivae premantur, et ius superemineat. Sic curata oliva tertio die possis uti. Albam Pauseam, vel orchitem,<sup>5</sup> vel radiolum, vel regiam dum contundes, primum quamque, ne decoloretur, in frigidam muriam<sup>6</sup> demerge, cuius cum tantum paratae habueris, quantum satis fuerit implendae amphorae, faeniculi aridi fasciculum substerne in imo: deinde viridis faeniculi semina et lentisci dstricta et purgata in urceolo habeto: tum exemptam<sup>7</sup> de muria olivam exprimito, et permixtam<sup>8</sup> praedictis seminibus in vas adcito: deinde cum ad fauces pervenerit eius, faeniculi aridi fasciculos superponito, et ita recentis musti duas partes et unam durae muriae permixtas<sup>3</sup> adcito. Hac conditura compositis olivis toto anno commode uteris.

<sup>1</sup> superfundunt *A.*

<sup>2</sup> pelliculant *A.*

<sup>3</sup> contundere *SAac.*

<sup>4</sup> cocto *a*: cocta *SA*: aceto *c.*

<sup>5</sup> orchitem *ac*: horhadem *SA.*

<sup>6</sup> muriam *a*: duriam *SAc.*

<sup>7</sup> exempta *SAac.*

and soaked it in brine, dry it and mix it with crushed quinces, which have been boiled in boiled-down must or honey; they then pour on the top raisin-wine or boiled-down must and put the lid on the vessel and cover it with a piece of skin.

XLIX. The methods of preserving olives are as follows. In the month of September or October, while the vintage is still going on, crush the bitter Pausean olive and, after soaking it for a short time in hot water, squeeze it, and after mixing it slightly for a short time with fennel and mastic seeds together with toasted salt put it in a jar and pour in the freshest possible must. Then put on the top a bunch of green fennel and sink it so that the olives may be pressed down and the liquid rise above them. Having thus treated your olive, you may use it on the third day.

When you are going to bruise the white Pausean,<sup>2</sup> or the orchites or the shuttle olive or the royal olive, first of all plunge each of them into cold brine, so that it may not lose its colour, and when you have enough ready to fill a jar, spread a bunch of dry fennel in the bottom of it; then have sprigs of green fennel and mastic ready stripped and cleaned in a small pot. Take the olives out of the brine and squeeze them, and mixing them with the said sprigs put them into the vessel. Next, when the olives have reached the neck of the vessel, put bunches of dry fennel on the top of them and then add a mixture of two parts of fresh must and one of hard brine. Olives which have<sup>3</sup> been treated by this method of preservation you can perfectly well use for a whole year.

<sup>8</sup> permixta *SAac.*



Quidam olivam non contundunt, sed acuta harundine insecant: idque operosius quidem, sed melius est, quia haec candidior est oliva, quam ea quae ex contusione livorem contrahit. Alii sive contuderint, sive insecuerint olivas, modico sale cocto et praedictis seminibus immiscent: deinde sapam vel passum vel, si est facultas, mellam infundunt. Mella autem quomodo fiat, paulo ante hoc ipso libro praecepimus. Cetera omnia similiter administrantur.

- 4 Oliva alba ex muria. Pausias olivas vel regias sine macula quam candidissimas manu destrectas<sup>1</sup> eligito: deinde substrato faeniculo arido in amphoram conicito<sup>2</sup> intermixtis seminibus lentisci nec minus faeniculi: et cum ad fauces vas<sup>3</sup> repleveris, adicito muriam duram: tum spissamento facto de harundinum foliis olivam premito, ut infra ius mersa sit: et iterum infundito muriam duram, dum ad summum amphorae labrum perveniat. At haec oliva per se parum iucunda est; sed ad eas condituras, quae lautioribus mensis adhibentur, idonea maxime est: nam cum res exigit, de amphora promitur, et contusa recipit quamcunque volueris condituram. Plerique tamen sectivum porrum et rutam cum apio tenero et mentam minute concidunt, et contusis olivis miscent: deinde exiguum aceti piperati, et plusculum mellis aut musli adiciunt, oleoque<sup>4</sup> viridi irrorant,<sup>5</sup> atque ita fasciculo apii viridibus contegitur.

<sup>1</sup> tringinto *S*: trito et *A*: tritas *ac*.

<sup>2</sup> coito *S*: coicito *Aa*: conicito *c*.

<sup>3</sup> uvas *S**Ac*: vas *a*. <sup>4</sup> oleumque *SAac*.

<sup>5</sup> inrorantur *SAa*: irrorantur *c*.

<sup>a</sup> Chap. 11.

Some people do not bruise olives but cut them with a sharp reed; this method is indeed more laborious but it is better, because the olive thus treated is whiter than one which acquires a bluish colour from the bruising. Other people, whether they have bruised or cut their olives, mix them with a little toasted salt and the sprigs mentioned above; they then pour over them must boiled down to half its original volume or raisin-wine, or, if they can get it, bee's-wax-water: how this is made we have described a little earlier in this present book<sup>a</sup>; all the rest of the process is carried out in the same manner.

White olives are treated with brine as follows. 4 Choose the whitest possible Pausean or royal olives without blemish which have been stripped by hand; then throw them into a wine-jar having put underneath them some dry fennel, mingling with them mastic-sprigs and also fennel sprigs, and when you have filled the vessel up to the neck, add hard brine. Then make a stuffing of the foliage of reeds and press the olives down with it, so that they are submerged in the liquid; pour in hard brine a second time, until it reaches the brim of the jar. However, this olive is not<sup>5</sup> very pleasant by itself but is especially suitable for the preparation of preserves which are served at the more sumptuous repasts; for, when required, it is taken out of the jar and, after being crushed, blends with any other seasoning you like. Most people, however, cut up finely leeks and rue with young parsley and mint and mix them with crushed olives; then they add a little peppered vinegar and a very little honey or mead and sprinkle them with green olive-oil and then cover them with a bunch of green parsley.

How to prepare  
white  
olives.

- 6 Quidam sic lectae olivae in modios singulos ternas heminas salis permiscunt, et adiectis<sup>1</sup> seminibus lentisci faeniculoque substrato amphoram usque ad fauces replent olivis: deinde aceto non acerrimo infundunt, et cum iam paene amphoram impleverunt, faeniculi spissamento depriment bacam, et rursus acetum usque ad summum labrum adiciunt. Postea quadragesimo die omne ius defundunt, et sapae vel defruti tres partes cum aceti una permiscunt, et 7 amphoram replent. Est et illa probata compositio, ut cum muria dura Pausea alba ubi commaturuerit, omne ius defundatur, et immixtis duabus partibus defruti cum aceti una repleatur amphora. Eadem conditura possit etiam regia componi vel orchita.
- 8 Quidam unam partem muriae et duas aceti miscunt, eoque iure olivas Pauseas colymbadas faciunt: quibus si per se quis uti velit, satis iucundas experietur, quamvis et hae<sup>2</sup> de muria condituram qualemcumque recipere possint.<sup>3</sup> Olivae Pauseae, cum iam decolorantur, antequam mitescant, cum petiolo leguntur, et in oleo quam optimo servantur. Haec maxime nota etiam post annum repraesentat viridem saporem olivarum. Nonnulli etiam cum de oleo exemerunt, trito sale aspersas pro novis apponunt.
- 9 Est et illud conditurae genus, quod in civitatibus Graecis plerumque usurpatur, idque vocant epityrum. Oliva Pausea vel orchita cum primum ex albo de-

<sup>1</sup> adiectis *ac*: adlectis *SA*.

<sup>2</sup> haec sic *SAa*: haec *c*.

<sup>3</sup> possit *SAac*.

Some people mix three *heminae* of salt in each 6 *modius* of olives picked in this manner and, having added mastic-shoots and spread fennel under them, fill the jar up to the neck with olives; they then pour upon them not very acid vinegar and, when they have almost filled the jar, press down the berries with a stuffing of fennel and again add vinegar till it reaches the very brim. Afterwards, on the fortieth day, they pour out all the liquid and mix three parts of must boiled down to a third or a half of its original volume with one part of vinegar and fill up the jar again. The following preparation is also highly 7 approved: when the white Pausean olive has been ripened with hard brine, let all the liquid be poured out and the jar filled again with two parts of boiled-down must mixed with one part of vinegar. The royal and the orchite olive could also be treated by this method of preserving.

Some people mix one part of brine and two of 8 vinegar and with this liquid make Pausean olives into "swimmers."<sup>a</sup> Anyone who cares to make use of these by themselves will find them pleasant enough, though they too, when they come out of the brine, can take on any other kind of seasoning. Pausean olives, when they are already becoming discoloured and before they grow ripe, are picked with the stem and kept in the best possible oil: this kind above all others even when a year has passed presents the fresh olive flavour. Some people also take them out of oil and after sprinkling them with pounded salt serve them up as new olives. There is also the kind of 9 preservative which is commonly made use of in the Greek cities, and they call it *epityrum*.<sup>b</sup> The Pausean or orchite olive, as soon as it begins to lose its white

<sup>a</sup> Pliny, *N.H.* XV. § 16: they were so called because they float on the surface of the salted water.

<sup>b</sup> Cato, *R.R.* 119.

coloratur,<sup>1</sup> fitque luteola, sereno caelo manu destringitur, et in cannis uno die sub umbra expanditur: et siqui adhaerent pediculi foliaque aut surculi, leguntur. Postero die cribratur, et novo fisco inclusa prelo supponitur, vehementerque premitur, ut exsudet  
 10 quantulumcumque habet amurcae. Patimur autem nonnuquam tota nocte et postero die pondere pressam bacam velut exinanari,<sup>2</sup> tum resolutis corticulis eximimus eam, et in singulos modios olivae triti salis cocti singulos sextarios infundimus: itemque lentisci semen rutaecque et faeniculi folia sub umbra siccata, quanta satis videntur, concisa minute admiscemus, patimurque horis tribus, dum aliquatenus baca salem combibat. Tum superfundimus boni saporis oleum, ita ut obruat olivam, et faeniculi aridi fasciculum deprimimus, ita ut ius  
 11 supernatet. Huic autem conditurae vasa nova fictilia sine pice praeparantur: quae ne possint oleum sorbere, tamquam olivariae metretae, imbuuntur liquida gummi et assiccantur.

L. Sequitur autem frigus hiemis, per quod olivitas, sicut vindemia, curam villicae repetit. Prius itaque (quoniam incohavimus) de condituris olivarum praecipiemus, ac statim conficiendi olei rationem subiciemus. Pauseae bacae vel orchitae, nonnullis regionibus etiam Naeviae, conviviorum epulis praeparantur. Has igitur cum iam nigruerint, nec adhuc tamen per-

<sup>1</sup> decolorantur *SAac.*

<sup>2</sup> exinanari *scripsi*: exaniari *S*: examari *ac.*

colour and becomes yellowish, is picked by hand in fine weather and spread out for one day on reeds in the shade; any pedicles and leaves or twigs which adhere are picked off. The next day the olives are sifted, and after being enclosed in a new rush-bag, are put under the press and violently squeezed so as to exude any small quantity of lees which they have  
 10 remain under the weight of the press for a whole night and the next day and to be, as it were, entirely emptied, then, the rind of the shells being broken, we take the olives out and pour a *sextarius* of pounded and toasted salt on each *modius* of olives and also mix in sprigs of mastic and rue and leaves of fennel which have been dried in the shade, as much as seems enough, cut up very small, and leave them for three hours until the berries have to some extent absorbed the salt. Then we pour on the top oil of a good  
 11 flavour so as to cover the olives and press down a bundle of dry fennel so that the liquid floats above them. For this kind of preserve new earthenware vessels are prepared, not treated with pitch, and in order that they may not be able to absorb the oil, they are soaked, as are olive-casks, with liquid gum and dried.

L. After this comes the cold of winter during which the olive-harvest, just as did the vintage, calls again for the attention of the bailiff's wife. We will, therefore, first of all (since we have already begun the subject) give instructions about preserving olives and immediately afterwards append an account of the way to make olive-oil. The Pausean and orchite olives and, in some districts, the Naevian also are prepared for feasts to which guests are invited; there-

How to preserve black olives.

maturae fuerint, sereno caelo destringere manu conuenit, lectasque cribrare, et secernere, quaecumque maculosae seu vitiosae minorisve incrementi vide-  
 2 buntur: deinde in singulos modios olivae salis integri ternas heminas adicere, et in vimineos qualos confundere et superposito copioso sale, ita uti olivam contegat, triginta dies pati consudescere, atque omnem amurcam exstillare: postea in alveum diffundere, mundaque spongia salem, ne perveniat, detergere: tum in vas adicere, et sapa vel defruto amphoram replere superposito spissamento aridi  
 3 faeniculi, quod olivam deprimat. Plerique tamen tres partes defruti aut mellis et unam miscent aceti, aliqui duas partes, et unam aceti,<sup>1</sup> et eo condiunt iure.

Quidam, cum olivam nigram legerunt, eadem portione,<sup>2</sup> qua supra, saliant, et sic collocant in qualis, ut immixtis seminibus lentisci alterna tabulata olivarum et similiter deinde salis, tum iterum olivarum et similiter supra salis usque in summum component: deinde post quadraginta dies, cum oliva quidquid habuit amurcae<sup>3</sup> exsudavit, in alveum defundunt, et cribratam separant ab seminibus lentisci, spongiaque detergent, nequid adhaereat salis: tum in amphoram confundant adiecto defruto vel sapa

<sup>1</sup> aliqui—aceti *om. S.*

<sup>2</sup> portionem *SAc.*

<sup>3</sup> amurga *S*: amurca *Aac.*

fore, when they have already turned dark but are not yet very ripe, they should be picked by hand when the weather is fine and, when picked, should be sifted and any set aside which shall seem to be spotted or spoilt or of too small growth; then to every *modius* 2 of olives you should add three *heminae* of salt in its natural state and pour the olives into baskets of wickerwork, and after putting plenty of salt on the top of them, so that it completely covers the olives, leave them for thirty days to sweat together and let all their lees drip out; afterwards you should pour them into a tub and wipe off the salt with a clean sponge so that it may not penetrate into them. You then put them into a vessel and fill the jar with must boiled down to half or a third of its original volume, putting on the top a plug of dry fennel, so as to press the olives down. Most people, however, mix three 3 parts, and some two parts, of boiled-down must or honey with one of vinegar and preserve the olives with this liquid.

Some people after picking black olives salt them with the same quantity of salt, as is given above, and then place them in baskets in such a way that, when mastic-sprigs have been mixed with them, they pour alternate layers first of olives and then similarly of salt and then again of olives and similarly of salt above; then after forty days, when the olives have sweated out any lees that they contained, they pour them out into a tub and after sifting them separate them from the mastic-sprigs and wipe them with a sponge so that no salt may adhere to them. Then they pour them into a jar, adding must that has been boiled down to one-third or one-half of its original volume or even honey-water, if it is

Another method.

vel etiam mella, si est copiosa, ceteraque similiter faciunt.

4 In singulos modios olivae singulos sextarios maturi seminis lentisci<sup>1</sup> et ternos cyathos seminis faeniculi; si id non est, ipsum faeniculum concisum, quantum satis videbitur, adici oportet: deinde in singulis modiis<sup>2</sup> olivarum salis cocti,<sup>3</sup> sed non moliti, ternas heminas admisceri, et ita in amphoris condi, easque fasciculis faeniculi obturari, et quotidie per terram volutari: deinde tertio quoque aut quarto die quidquid amurcae inest, emitti. Post xl dies in alveum diffundi, et a sale tantummodo separari, sic ne<sup>4</sup> spongia detergeantur<sup>5</sup> olivae, sed ita ut erant exemptae,<sup>6</sup> massulis salis mixtis,<sup>7</sup> in amphoram condantur, et spissamentis impositis ad usum in cellam reponantur.

Maturam olivam in salsura<sup>8</sup> factam colymbadem de muria tollito, spongia tergito: deinde canna viridi scindito duobus vel tribus locis, et triduo in aceto habeto: quarto die spongia extergito, in vas, id est urceum aut cacabum novum, mittito substrato apio et modica ruta. Conchis deinde pleno vase olivis immitte defrutum usque ad os. Lauri

<sup>1</sup> lentisque *SAac.*

<sup>2</sup> modiis *ac*: modios *A*: modis *S.*

<sup>3</sup> cocti *ac*: -is *SA.*

<sup>4</sup> sic ut non *SA*: sic ñ *A*: sic nō *c.*

<sup>5</sup> detergatur *SAac.*

<sup>6</sup> exempta *SAac.*

<sup>7</sup> maxime salis micis *SA*: maximi salis miscis *Ac.*

<sup>8</sup> salsura *Gesner*: stativam *SAac.*

abundant, and carry out the rest of the process as before.

To each *modius* of olives must be added a single *sextarius* of ripe mastic-seed and three *cyathi* of fennel-seed; if the latter is unobtainable, as much fennel itself cut up small as seems enough should be added. Then with each *modius* of olives three *heminae* of toasted, but not ground salt should be mixed and then the olives should be put up in jars and closed in with bundles of fennel and daily rolled along the ground. Then on every third or fourth day any lees that there is in them should be let out. After forty days the olives should be poured into a 5 tub and merely separated from the salt, but without being wiped with a sponge, put back into the jar just as they were when taken out, with small lumps of salt mixed with them, and after stuffings<sup>a</sup> have been put on them they should be laid up for future use in the store-room.

Ripe olives which have become "swimmers"<sup>b</sup> in the process of salting, you should take out of the brine and wipe with a sponge; then cut them in two or three places with a green reed and keep in vinegar for three days: on the fourth day wipe clean with a sponge and put them into a vessel, that is, a new pot or jar, after laying parsley and a little rue underneath. When the vessel is full of olives pour in by means of shells<sup>c</sup> must boiled down to a third of its original volume till it reaches the mouth of the vessel, and put in young shoots of bay with the

<sup>b</sup> See Ch. 49. 7.

<sup>c</sup> For the use of shells for ladling liquid see Horace, *Sat. I.* 3. 14, and Wickham's note. Cf. iron ladles, Ch. LII. 8.

<sup>a</sup> *I.e.* bundles, probably of fennel, to keep the olives below the surface of the liquid.

turiones in hoc usu mittito, ut<sup>1</sup> olivas deprimant. Post dies viginti utere.

- LI. Oliva nigra maturissima sereno caelo legitur, eaque sub umbra uno die in cannis porrigitur, et quaecumque est vitiosa baca, separatur. Item siqui adhaeserunt pediculi, adimuntur, foliaque et surculi, quicumque sunt intermixti, eliguntur. Postero die diligenter cribratur, ut siquid inest stercoris separetur: deinde intrita<sup>2</sup> oliva novo fisco includitur, et prelo subicitur, ut tota nocte exprimatur.
- 2 Postero die inicitur quam mundissimis molis suspensis, ne nucleus frangatur. Et cum est in sampsam reducta, tunc sal coctus tritusque manu permisceatur cum ceteris aridis condimentis. Haec autem sunt, careum, cyminum, semen faeniculi, anisum Aegyptium. Sat erit autem totidem heminas salis adicere, quot sunt modii<sup>3</sup> olivarum, et oleum superfundere, ne exarescat: idque fieri debet, quotiescumque videbitur assiccari.
- 3 Nec dubium est, quin optimi saporis sit, quae ex oliva Pausia<sup>4</sup> facta est. Ceterum supra duos menses sapor eius non permanet integer. Videntur autem alia genera huic rei magis esse idonea, sicut Licinia et Culmineae. Verumtamen habetur praecipua in hos usus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem oleastellum vocant.

<sup>1</sup> et SAac.

<sup>3</sup> modii ac: modi SA.

<sup>2</sup> intra Aac: inġ S.

<sup>4</sup> postea S.

<sup>a</sup> I.e. the upper mill-stone is so fixed as not to grind very hard on the lower.

object of pressing the olives down. After twenty days you can use them.

LI. Black olives are gathered very ripe when the weather is fair and are spread in the shade on reeds for one day, and any damaged berries are set aside. Also any pedicles which have adhered to the fruit are removed, and any leaves and twigs which are intermingled with them are picked out. On the following day the olives are carefully sifted in order that any dirt which is among them may be separated: then the unbruised olives are enclosed in a new frail and put under the press that they may be squeezed for a whole night. Next day they are thrown into 2 mills which are as clean as possible and are suspended <sup>a</sup> so that the kernels may not be broken, and when they are reduced to a pulp, salt which has been toasted and rubbed in the hand is mixed with the other dry seasonings, which are caraway, cumin, fennel seed and Egyptian anise-seed. It will, however, be enough to add the same number of *heminae* of salt as there are *modii* of olives and to pour oil upon the top so that they may not become dry; this will have to be done whenever they seem to be getting dry.

There is no doubt that the preparation which 3 is made from the Pausian olive has the best flavour, but it does not remain unimpaired for more than two months. Other kinds of olives seem more suitable for this purpose, such as the Licinian and Culminian; however the Calabrian olive, which some people call the "little wild olive," because of its resemblance to the wild olive, is regarded as particularly good for these purposes.

The pre-  
servation of  
black olives  
(continued).

LII. Media est olivitas plerumque initium mensis Decembris. Nam et ante hoc tempus acerbum oleum conficitur, quod vocatur aestivum, et circa hunc mensem viride premitur, deinde postea maturum. Sed acerbum oleum facere patrisfamilias rationibus non conducit, quoniam exiguum fluit, nisi baca tempestatibus in terram decidit, et necesse est eam sublegere, ne a domesticis pecudibus 2 ferisve consumatur. Viridis autem notae conficere vel maxime expedit, quoniam et satis fluit, et pretio paene duplicat domini redditum. Sed si vasta sunt oliveta,<sup>1</sup> necesse est ut<sup>2</sup> aliqua pars eorum maturo fructui reservetur.

Locus autem in quo confici oleum debet, etiam descriptus est priore volumine; pauca tamen ad rem pertinentia commemoranda sunt, quae prius omi- 3 seram. Tabulatum, quo inferatur olea, necessarium est, quamvis praeceptum habeamus, ut<sup>3</sup> uniuscuiusque diei fructus molis et prelo statim subiciatur. Verumtamen quia interdum multitudo bacae torculariorum<sup>4</sup> vincit laborem,<sup>5</sup> esse oportet pensile horreum, quo importentur fructus: idque tabulatum simile esse debet granario, et habere lacusculos tam multos, quam postulabit modus olivae, ut separetur et seorsum reponatur uniuscuiusque diei coactura.

<sup>1</sup> oliveta ac : -o SA.

<sup>2</sup> ut om. SAac.

<sup>3</sup> ut om. SAac.

<sup>4</sup> torculariorum c : troclariorum Aa : trocariorum S.

<sup>5</sup> laborem sit laborem SA : labore sit a : laborem sic labor est c.

LII. The beginning of the month of December generally falls in the middle of the olive-harvest, for, earlier than this, the oil that is made, the so-called "summer" oil, is bitter, and this month is about the time when the green oil is pressed and then afterwards the ripe oil. But, because the yield is small, it is not to the interest of the master of the household to make bitter oil, unless the berries have fallen to the ground owing to storms and it is necessary to gather them up, so that they may not be consumed by domestic or wild animals. But it is 2 most expedient that the master should make some of the green kind, because the yield of it is satisfactory and it almost doubles his profit by the price which it fetches; but if the olive-groves are extensive, it is essential that some part of them should be reserved for the ripe fruit.

The place in which the oil should be made has been described in an earlier volume; <sup>a</sup> there are, however, a few points connected with this subject which I had omitted before and must mention now. A loft to 3 which the olives may be carried is necessary, though we have already given instructions that each day's picking should be immediately placed under mill-stones and the press. However, since the large quantity of berries sometimes defeats the efforts of the men who work the presses, there ought to be a store-room supported on arches, to which the fruit may be conveyed. This loft ought to be like a granary and contain as many bins as the quantity of olives will require, so that each day's picking may be kept apart

<sup>a</sup> The culture of olives is treated in Book V. Ch. 8 and 9, but Columella says nothing there about the place where the oil is made.

4 Horum lacusculorum solum lapide vel tegulis oportet consterni, et ita declive fieri, ut celeriter omnis humor per canales aut fistulas defluat. Nam est inimicissima oleo amurca, quae si remansit in baca, saporem olei corrumpit. Itaque cum lacus, quemadmodum diximus, exstruxeris, asserculos inter se distantes semipedalibus spatiis supra solum ponito, et cannas diligenter spisse textas inicito, ita ut ne bacam transmittere queant, et olivae pondus

5 possint sustinere. Iuxta omnes autem lacusculos, ea parte qua defluet amurca, sub ipsis fistulis in modum fossularum concavum pavementum, vel canalem lapideum esse oportebit, in quo consistat,<sup>1</sup> et unde exhauriri possit quidquid defluerit. Praeterea lacus vel dolia praeparata sub tecto haberi oportebit, quae seorsum recipiant sui cuiusque generis amurcam, sive quae sincera defluerit, sive etiam quae salem receperit. Nam utraque usibus plurimis idonea est.

6 Oleo autem conficiendo molae utiliores sunt, quam trapetum; trapetum, quam canalis et solea.<sup>2</sup> Molae quam<sup>3</sup> facillimam patiuntur administrationem, cum<sup>4</sup> pro magnitudine bacarum vel submitti vel etiam elevari possunt, ne nucleus, qui saporem olei vitiat, confringatur. Rursus trapetum plus operis facilius

7 que quam solea et canalis efficit. Est et organum erectae tribulae simile, quod tudicula vocatur:

<sup>1</sup> consistant SAac.

<sup>2</sup> est olea SAac.

<sup>3</sup> quia S.      <sup>4</sup> tum SAac.

<sup>a</sup> Cato, R.R. 22. 1, describes a press (*trapetum*) but his account is difficult to follow; Varro, R.R. 1. 55. 5, says that it was fitted with hard, rough mill-stones.

and stored separately. The floor of these bins must 4 be paved with stones or tiles and made to slope so that all moisture may flow quickly away by gutters or pipes; for lees are most harmful to the oil, and if they remain in the berries, spoil the flavour of the oil. So, when you have constructed the receptacles in the manner which we have described, place on the floor small boards half a foot distant from one another and put reeds on the top carefully, closely woven so as not to allow the berries to pass through and yet be able to support the weight of the olives. Adjoining all the 5 bins on the side where the lees flow down from them, under the pipes themselves, there will have to be a concave pavement in the form of little trenches or else a stone channel, in which any liquid which has flowed down may stand and from which it can be drawn off. Moreover it will be necessary that vats or barrels should be kept in readiness indoors to receive the lees of each kind of olive separately, whether they be such as flow down without admixture with anything else or have been salted; for both kinds are suitable for very many purposes.

Mills are more practicable for making oil than an 6 oil-press,<sup>a</sup> and an oil-press than a *canalis* or a *solea*.<sup>b</sup> Mills are very easily managed, since they can be either lowered or raised according to the size of the berries, so that the kernel, which spoils the flavour of the oil, is not broken. Moreover the oil-press does more work and with greater ease than the *solea* or *canalis*. There is also a machine which resembles an 7 upright threshing-sledge, which is called a *tudicula*;<sup>c</sup>

<sup>b</sup> Nothing is known of these two machines, which are not mentioned by any other author.

<sup>c</sup> Literally "a little hammer."



idque non incommodè opus efficit, nisi quod frequenter vitiatur, et si bacae plusculum ingesseris, impeditur. Pro conditione tamen et regionum consuetudine praedictae machinae exercentur. Sed et optimum<sup>1</sup> molarum opus est,<sup>2</sup> tum etiam trapeti. Haec ante quam de oleo conficiendo dissererem, praefari necesse habui.

8 Nunc ad ipsam rem veniendum est, quamquam multa omissa sunt, quae sicut ante vindemiam, sic et ante olivitatem praeparanda sunt, tamquam lignorum copia, quae multo ante apportanda est, ne cum res desideraverit, operae avocentur; tum scalae, corbulae, decemmodiae, trimodiae satoriae, quibus destricta baca suscipitur,<sup>3</sup> fisci, funes cannabini,<sup>4</sup> spartei, conchae ferreae, quibus depletur oleum, opercula, quibus vasa olearia conteguntur, spongiae maiores et minores, urcei, quibus oleum progeritur, cannae, tegetes, quibus oliva excipitur, et siqua sunt  
9 alia, quae nunc memoriam meam refugiunt. Haec omnia multo plura esse debent: quoniam in usu depereunt, et pauciora fiunt; quorum siquid suo tempore defuerit, opus intermittitur. Sed iam quod pollicitus sum exequar.

Cum primum bacae variare coeperint, et iam quaedam nigrae fuerint, plures tamen albae, sereno caelo manibus destringi olivam oportebit, et sub-  
10 stratis<sup>5</sup> tegetibus aut cannis cribrari et purgari. Tum diligenter emundatam protinus in torcular deferri, et

<sup>1</sup> optimum *scripsi*: optima *SAac*.

<sup>2</sup> opus est *om. SAac*.

<sup>3</sup> suspicitur *SAc*: subicitur *a*.

<sup>4</sup> cannavini veli *S*: canna veli *A*: cannales *a*: canali *c*.

<sup>5</sup> substractis *SA*: substratis *a*: subtractis *c*.

this performs its function without much trouble except that it frequently gets out of order, and, if you put a little too many berries into it, it becomes clogged. The above machines are used, however, according to conditions and local custom; but the performance of the mill is best and that of the oil-press the next best. I have thought it necessary to mention these points before treating of the actual making of oil.

We must now come to our real subject, though 8 many details have been omitted of the preparations which have to be made before the olive harvest just as before the vintage; for example, there should be plenty of wood, which should be brought a long time beforehand, so that the workmen may not be called away when circumstance demands wood. Then there must be ladders, little baskets, sowers' baskets holding ten and three *modii*, to contain the berries when they are stripped from the trees, frails, ropes of hemp and of broom, iron ladles for emptying out the oil, lids for covering the oil vessels, large and small sponges, pitchers in which the oil is carried out, rushes and mats in which the olives are caught, and various other things which escape my memory at the moment. All these things ought to be much more numerous 9 than are required, because they perish with the using and become fewer and fewer, and if anything is wanting when it must be used, the work is interrupted. But I will now proceed to carry out my promise.

As soon as the berries begin to show different colours and some are already black but more of them white, the olives will have to be stripped by hand in fine weather and be sifted and cleansed upon mats and reeds spread under them. Then when they have 10 been carefully cleaned they must be immediately

integram in fiscis novis includi, prelisque subici, ut quantum possit paulisper exprimatur. Postea resolutis corticulis et emollitis<sup>1</sup> debebunt, adiectis<sup>2</sup> binis sextariis integri salis in<sup>3</sup> singulos modios, et aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe novis fiscis sampsae exprimi. Quod deinde primum defluerit in rotundum labrum, nam id melius est, quam plumbeum quadratum, vel structile gemellar, protinus capulator depleat et in fictilia labra huic usui praeeparata defundat.

11 Sint<sup>4</sup> autem in cella olearia tres laborum ordines, ut unus primae notae, id est primae pressurae oleum recipiat, alter secundae, tertius tertiae. Nam plurimum refert non miscere iterationem, multoque minus tertiationem cum prima pressura: quoniam longe melioris saporis est, quod minore vi preli, quasi lixivum<sup>5</sup> defluerit. Cum deinde paululum<sup>6</sup> in labris primis constiterit oleum, eliquare id capulator in secunda labra debet, et deinde in sequentia usque ad ultima. Nam quanto saepius translatione ipsa ventilatur, et quasi exercetur, tanto fit liquidius, 12 et amurca liberatur. Sat erit autem in singulis ordinibus tricena componi labra, nisi si vasta fuerint oliveta, et maiorem numerum<sup>7</sup> desideraverint.

<sup>1</sup> torculis emoli SA: torculis et moli ac.

<sup>2</sup> adiectis c: adlectis SA.

<sup>3</sup> in om. SAa.

<sup>4</sup> sin SAac.

<sup>5</sup> lexivium SAac.

<sup>6</sup> paulum S.

<sup>7</sup> malorum munerum S.

<sup>a</sup> This seems to be the meaning of *regula* in the only other passage outside this work where it is used in connexion with the pressing of olives (*Digesta*, 19. 2. 19. § 2).

taken down to the press and be enclosed, while still whole, in new frails and put under the presses to be squeezed for the shortest possible time. Next, when their skins have been opened and softened, after the addition of two *sextarii* of natural salt to each *modius*, the pulp will have to be squeezed out either with the disks of the press,<sup>a</sup> if it is the custom of the locality, or at any rate in new frails. Then immediately the man who is using the ladle must empty out what first has flowed into the round pan, for that is better than a square leaden vessel or a built-up receiver with two divisions in it, and pour it into the earthenware tubs prepared for this purpose.

In the oil-cellar there should be three rows of pans, 11 one to hold oil of the first quality, that is of the first pressing, another of the second and a third of the third; for it is very important not to mix the second pressing, much less the third with the first pressing, because the first pressing has a far better flavour, because it has flowed from a less violent use of the press as though it had not been treated.<sup>b</sup> Then when the oil has stood for a very short time in the first<sup>c</sup> pans, the man who holds the ladle will have to strain it into the second and then into the next until he comes to the last; for the more often it is aerated by being transferred from one pan to another and, as it were, kept moving, the more transparent it becomes and the freer from dregs. It will be enough for 12 thirty pans to be placed in each row, unless the olive-groves are extensive and require a larger number.

<sup>b</sup> Cf. Cato, *R.R.* 23. 2, where *lixivum mustum* is used of must made from untrodden grapes.

<sup>c</sup> *I.e.* the first in each of the rows.

Quod si frigoribus oleum cum amurca congelabitur, plusculo sale cocto utique utendum erit. Ea res resolvit oleum, et separat ab omni vitio. Neque verendum est, ne salum fiat. Nam quantumcunque adieceris salis, nihilominus saporem non recipit oleum. Solet autem ne sic<sup>1</sup> quidem resolvi, cum maiora frigora inceserunt: itaque nitrum torretur, et contritum inspergitur et commiscetur; ea res  
13 eliquat amurcam. Quidam quamvis diligentes olearii bacam integram prelo non subiciunt, quod existimant aliquid olei deperire. Nam cum preli pondus accipit, non sola exprimitur amurca, sed et aliquid secum pinguitudinis attrahit.

Illud autem in totum praecipendum habeo, ut neque fumus neque fuligo, quamdiu viride oleum conficitur, in torcular<sup>2</sup> admittatur, aut in cellam oleariam. Nam est utraque res inimica huic rei; peritissimique olearii vix patiuntur ad unam lucernam opus fieri. Quapropter ad eum statum caeli et torcular et cella olearia constituenda est, qui maxime a frigidis ventis aversus est, ut quam minime vapor  
14 ignis desideretur. Dolia autem et seriae, in quibus oleum reponitur, non tantum eo tempore curanda sunt cum fructus necessitas cogit, sed ubi fuerint a mercatore vacuata, confestim villica debet adhibere curam, ut si quae faeces aut amurcae in fundis vasorum subsederint, statim emundentur, et non calidissima

<sup>1</sup> si *SAac*.

<sup>2</sup> torcular *c*: trocular *A*: troclar *a*: trocla *S*.

But if in cold weather the oil freezes together with the lees, you will certainly have to use a little more toasted salt; this melts the oil and frees it from anything harmful. You need have no fear that it may become salty; for, however much salt you may have added, the oil nevertheless does not acquire the flavour of it. Even thus, however, the frozen oil does not generally melt when unusually sharp frosts have occurred, so nitre is baked and pounded up and sprinkled and mixed with the oil. This has the effect  
13 of clarifying the lees. There are some producers of oil who, although they are careful, do not put the berry in its original state under the press, because they think that some part of the oil is then lost. For when the olive has been subjected to the weight of the press, the lees are not the only thing which is squeezed out but they also take some of the fatness with them.

Here is a general precept which I have to give you, that no smoke or soot should be admitted into the room where the press is, during all the time when green oil is being made, nor into the oil-cellar, for both are injurious to the process, and the most experienced makers of oil scarcely allow the work to be done by the light of a single lamp. Wherefore both the press-room and the oil-cellar should be built facing the quarter of the sky which is away from the cold winds, so that the warmth of a fire may be as little needed as possible. The barrels and jars in which the oil is  
14 stored should be carefully looked after not only when the requirements of the fruit season make this necessary; but, after they have been emptied by the merchant, the bailiff's wife should immediately make it her business to see that any sediment or lees that have settled at the bottom of the vessels is

lixivia, ne vasa ceram remittant, semel atque iterum eluantur:<sup>1</sup> deinde aqua tepida leviter manibus defricentur, et saepius eluantur, atque ita spongia  
 15 omnis humor assiccetur. Sunt qui cretam figuralem in modum liquidae faecis aqua resolvant, et cum vasa laverint, hoc quasi iure intrinsecus oblinant, et patiantur arescere: postea cum res exigit, pura eluunt<sup>2</sup> aqua. Nonnulli prius amurca, deinde aqua vas perluunt, et assiccant. Tum considerant, numquid ceram novam dolia desiderent. Nam fere sexta quaque<sup>3</sup> olivitate cerari oportere antiqui  
 16 dixerunt. Quod fieri posse non intellego. Nam quemadmodum nova vasa si calefiant, liquidam ceram facile recipiunt,<sup>4</sup> sic vetera non crediderim propter olei succum ceraturam pati. Quam tamen et ipsam ceraturam nostrorum temporum agricolae repudiaverunt, existimaveruntque satius esse nova dolia liquida gummi perluere, siccataque suffumigare alba cera, ne pallorem aut malum odorem capiant. Eamque suffitionem semper faciendam iudicant quotiescunque<sup>5</sup> vel nova vel vetera vasa curantur et  
 17 oleo novo praeparantur. Multi cum semel nova dolia vel serias crassa<sup>6</sup> gummi<sup>7</sup> linierunt,<sup>8</sup> una in perpetuum gummitione contenti sunt. Et sane quae semel oleum testa combibit,<sup>9</sup> alteram gummitionem non recipit. Respuit enim olei pinguitudo talem materiam, qualis est gummis.

<sup>1</sup> eluantur *A*: elevantur *Sa*: eleventur *c*.

<sup>2</sup> eluunt *om. SAac*.

<sup>3</sup> quaeque *S*.

<sup>4</sup> recipiant *SAac*.

<sup>5</sup> quotiensque *SAac*.

<sup>6</sup> crasse *SAac*.

<sup>7</sup> gummi *ac*: cummi *SA*.

<sup>8</sup> linierunt *scripsi*: linientur *ac*: lientur *SA*.

<sup>9</sup> combibitam *SAac*.

promptly cleaned and washed out once and again with lye, which should not be very hot, lest they should lose their wax, and then they should be gently rubbed with the hands in tepid water and rinsed out several times and all the moisture dried  
 15 out with a sponge. Some people dissolve potter's clay to form a kind of liquid sediment and, after they have washed the vessels, daub them inside with this soup-like preparation and let it dry; afterwards, when they require them for use, they wash them out with pure water. Some people wash the vessels thoroughly first with lees, then with water, and dry them; they then examine the jars to see if they require fresh wax; for the ancients declared that they ought to be waxed about every sixth oil-making. I do not understand how this can be done; for, while  
 16 new vessels, if they are heated, readily admit the wax, yet I cannot believe that old vessels, being saturated with oil-juice, can bear the application of wax. However, this very process of waxing has been abandoned by the husbandmen of our own day and they have come to the opinion that it is enough to wash new jars thoroughly with liquid gum and, when they are dry, to fumigate them from below with white wax, that they may not take on a pallid colour or an evil odour. In their opinion this fumigation ought always to be carried out whenever new or old vessels are being treated and prepared for new oil. Many people, when once they have daubed their new  
 17 jars and barrels with thick gum, are satisfied forever with one gumming, and certainly a vessel which has once absorbed oil does not admit of a second gumming; for the fatty nature of the oil rejects such matter as gum.

Post mensem Decembrem circa calendas Ianuarias eadem ratione, qua superius, destringenda erit olea, et statim exprimenda. Nam si reposita in tabulatum fuerit, celeriter concalescet: quoniam hiemalibus pluviis amurcae plus concipit, quae est contraria huic rei. Cavendum est itaque,<sup>1</sup> ne fiat oleum cibarium. Quod uno modo vitari poterit, si protinus illata de agro baca commolita et expressa erit,<sup>2</sup> quae sic administrata fuerit, ut supra diximus. Plerique agricolarum crediderunt, si sub tecto baca deponatur, oleum in tabulato crescere: quod tam falsum est, quam in area frumenta grandescere;<sup>3</sup> idque mendacium vetus ille Porcius Cato sic refellit. Ait enim in tabulato corrugari olivam, minoremque fieri. Propter quod cum facti unius mensuram rusticus sub tecto reposuerit, et post multos dies eam molere voluerit, oblitus prioris mensurae quam intulerat, ex alio acervo similiter seposito quantumcunque mensurae defuit supplet, eoque facto videtur plus olei<sup>4</sup> requieta<sup>5</sup> quam recens baca<sup>6</sup> reddere, cum longe plures modios acceperit. Attamen ut maxime id verum esset,<sup>7</sup> nihilominus ex pretio viridis olei plus quam multitudine<sup>8</sup> mali<sup>9</sup> nummorum contrahitur. Sed et Cato dixit: Et sic quidem quicquam<sup>10</sup> ponderis aut mensurae oleo accedit, si

After the month of December, about the first of January, the olives will have to be stripped from the trees in the manner described above and immediately pressed; for if they have been stored in a loft they quickly grow heated, since, when the winter rains come, they engender more lees, which are a hindrance to the making of oil; you must, therefore, be particularly on your guard against making oil for eating from such olives: this can be avoided in one way only, namely, if the berries are crushed and pressed immediately when they have been brought in from the field, being treated in the manner which I have described above. Most husbandmen have believed that, if the berries are stored under cover, the yield of oil is increased by putting the olives in a loft. This is quite as untrue as to say that grain increases on the threshing-floor. This falsehood the ancient writer Porcius Cato<sup>a</sup> refuted by saying that the olive becomes wrinkled in the loft and grows smaller; for which reason the husbandman, when he has stored under cover the quantity for one oil-making and some days later wishes to crush it, having forgotten the previous amount which he had brought in, makes up any quantity which was lacking from another heap which was similarly set apart, and, when he has done this, the berries which have remained undisturbed seem to yield more oil than the newly gathered, whereas he has taken many more *modii* of olives to make it. If, however, this idea were ever so true, nevertheless a larger profit is made from the price which green oil fetches than from a huge quantity of inferior oil. Cato also said: Thus indeed whatever addition of weight or measure accrues to the oil, if you care to

<sup>1</sup> itaque *SAac.*<sup>2</sup> cera *SAac.*<sup>3</sup> grandescere *S*: crescere *Aac.*<sup>4</sup> olei *om. SAac.*<sup>5</sup> sequiete *SAa*: esse quietem *c.*<sup>6</sup> bace *SAac.*<sup>7</sup> esse *SAac.*<sup>8</sup> multitudinem *SAac.*<sup>9</sup> alii *SAac.*<sup>10</sup> quicquam *ac*: quicquam *SA.*<sup>a</sup> *R.R. LXIV.*

portiones velis in factum adiectae bacae computare, non proventum, sed detrimentum senties.<sup>1</sup> Quapropter dubitare non debemus lectam olivam primo quoque tempore commolere, preloque subicere.

21 Nec ignoro etiam cibarium oleum esse faciendum. Nam ubi vel exesa vermiculis oliva decidit, vel tempestatibus et pluviis in lutum defluxit, ad praesidium aquae calidae decurritur, ahenumque<sup>2</sup> calefieri debet, ut immundae bacae eluantur. Sed id non ferventissima fieri oportet, verum modice calida, quo commodior gustus olei fiat: nam si excoctus est, etiam vermiculorum ceterarumque immunditiarum saporem trahit. Sed cum fuerit oliva elauta, reliqua, sicut supra praecepimus, fieri debebunt.

and the tree, while the top soil protects them. Stones on the upper part of the earth are harmful 7 both to vines and to trees; in the lower soil they keep them cool. Moderately loose soil is best for vines; but soil which lets the rain through or, on the other hand, retains it for a long time near the surface, must be avoided. The most beneficial is that which is moderately loose near the surface and dense round the roots. On mountains and slopes vines only thrive with difficulty but produce wine of a lasting and excellent flavour. Vines which grow on damp, flat ground are very strong but produce wine of a weak flavour which does not keep. Since we have now given instructions about vine-plants and conditions of soil, we will now discuss the different kinds of vines.

IV. Vines take a great delight in trees, because they naturally have an upward tendency; also in that position they grow more abundant firm-wood and ripen their fruit evenly. This kind of vine we call a "tree-vine" and we will speak of it at greater length in its proper place. There are generally three types of vine in use; that which is trained on a trellis, that which spreads along the ground, and thirdly that which is in use among the Carthaginians and stands by itself like a tree. The last type as 2 compared with the trellised vine is in some respects inferior, in others superior. The trellised vine is more open to the air and bears its fruit higher up and ripens it more evenly, but its culture is more difficult; its arrangement is such that the plough can be used round it and it attains a greater degree of fruitfulness, because it can be given more frequent attention and at less cost. However, the type which spreads directly along the ground produces a large quantity

On sites for vineyards.

multum sed non bonae notae vinum facit. Vineae optime repastinato agro ponitur, nonnumquam tamen vel melius quibusdam locis sulcis committitur: interdum etiam scrobibus deponitur. Sed, ut dixi, repastinatur iugerum in altitudinem pedum trium operis<sup>1</sup> octoginta; sulcum autem terrenum pedum duorum altum,<sup>2</sup> et longum septuaginta una opera<sup>3</sup> effodit; scrobes ternarios, id est quoquoversus pedum trium, una opera facit xviii. Vel si cui cordi est laxius vites ponere, scrobes quaternarios, id est quoquoversus pedum quaternum, una opera xii facit; vel bipedaneos quoquoversus una opera xx effodit. Curandum autem est, ut locis aridis et clivosis altius vites deponantur quam si humidis et planis. Item si scrobibus aut sulcis vineam posituri erimus, optimum erit ante annum scrobes vel sulcos facere.

<sup>4</sup> Vineae, quae angustissime conseritur, quoquoversus quinque pedum spatio interposito ponitur; laxius vero inter pedes vii vel viii; sed quae rarissime ut etiam facile arari possit, inter denos pedes constituitur. Haec positio vinearum modum sine dubio agri maiorem occupat, sed valentissima et fructuosissima est. Cum semina depones, imum scrobem vel sulcum bidentibus<sup>4</sup> fodito, mollemque reddito. Vitem quam ponis, fac ut ad Orientem spectet adminiculo religata. In imo scrobe lapides circa pondus quina ita ponito, ne vitem premant,<sup>5</sup> sed iuxta radices

of wine but not of a good quality. It is best to plant vines in well-trenched ground, but it is sometimes and in some localities better to set them in furrows; sometimes also they are put into planting-holes. But, as I have already said, a *iugerum* can be trenched in a day to a depth of three feet by eighty labourers, whereas <sup>3</sup> one labourer in the same time digs a furrow in the earth two feet deep and seventy feet long. One labourer in a day makes eighteen three-foot planting-holes, that is, measuring three feet in each dimension; or, if one wishes to plant the vines less closely, a single labourer can make twelve four-foot planting-holes, that is to say, measuring four feet each way, or twenty measuring two feet each way. Care, however, must be taken that in dry and sloping ground the vines are planted deeper than on damp, level ground. Also, if we are going to plant out a vineyard in planting-holes or furrows, it will be best to make our planting-holes or furrows a year beforehand.

In a vineyard which is planted very closely, the <sup>4</sup> vines are planted with five feet between them in every direction; but if more widely, at intervals of seven or eight feet. The widest space ever allowed, in order that a plough may be easily used, is fixed at ten feet. This arrangement of the vines certainly takes up a greater extent of ground but it produces the strongest and most abundant fruit. When you are putting in the seedlings, you should dig the bottom of the planting-hole or furrow with hoes and make it soft. You should see that the vine which you are planting faces east when it is fastened to the support. In the bottom of the planting-hole you should place stones about five pounds in weight in such a way as not to press upon the vine but so as to

<sup>1</sup> operis *S*: optos *A*.<sup>2</sup> altum *om. A*.<sup>3</sup> opera *c*: opere *SAa*.<sup>4</sup> videntibus *S*: videntib; *A*.<sup>5</sup> premat *Sa*: p̄mat *A*.

5 sint. Praeterea post haec vinaceae heminam uvae albae in nigra, uvae nigrae in alba ponito, atque ita scrobem vel sulcum cum stercorata terra ad medium completo. Triennio deinde proximo paulatim scrobem vel sulcum usque in summum completo: sic vites consuescent radices deorsum agere. Spatium autem radicibus, qua repant, lapides praebent, et hieme aquam repellunt, aestate humorem praebent; vinaceae<sup>1</sup> radices agere cogunt. Quoniam praecepimus quemadmodum vites ponendae sint, nunc culturam earum docebimus.

V. Vineam novellam omnes gemmas agere sinito: simul atque pampinus instar quattuor digitorum erit, tum demum pampinato, et duas materias relinquito: alteram quam vitis constituendae causa submittas, alteram subsidio habeas, si forte illa ordinaria interierit: hanc rustici custodem vocant. Proximo deinde anno, cum putabis vitem, meliorem unam virgam relinquito, alteras tollito.<sup>2</sup> Tertio anno vitem, in quam formam<sup>3</sup> voles, dum tenera est, com-  
2 ponito. Si iugatam<sup>4</sup> eris facturus,<sup>5</sup> unam materiam<sup>6</sup> submittito, ita ut duas gemmas, quae sunt proximae a terra, falce acuta<sup>7</sup> radas, ne<sup>8</sup> possint germinare: deinde tres sequentes relinquas, reliquam partem virgae amputes. Sin autem vitem in se consistere voles,

<sup>1</sup> vineaceis *SAac.*

<sup>2</sup> alteras tollito *om. Aac.*

<sup>3</sup> in qua formā *S*: in qua forme *A.*

<sup>4</sup> iugata *SAac.*

<sup>5</sup> facturus *Pontedera*: facturis *S*: facturi *Aac.*

<sup>6</sup> una materia *S*: uma materia *A.*

<sup>7</sup> acute *SAac.*

<sup>8</sup> ne *om. SAac.*

be near the roots. Further, after doing this, you 5 should put in a *heminā* of the skins of white grapes for a black vine and of black grapes for a white vine and then half fill the planting-hole or furrow with well-manured earth; then during the next three years you should gradually fill the planting-hole or furrow right up to the top. By this method the vines will become accustomed to strike their roots downwards. The stones give the roots space into which they can creep and in winter they keep away the water while they provide moisture in the summer; the grape-skins force the vines to put forth their roots. Since we have given directions about the way in which the vines should be planted, we will now give instructions about their cultivation.

V. You should allow the newly-planted vineyard to put forth all its "eyes" and, as soon as the tendrils are about four inches long, you should then trim them back, and you should leave two of them for firm-wood, one of which you should allow to grow in order to form the vine, while you should keep the other in reserve in case the one destined for a place in the row should die. The country folk call this second shoot the "guardian." Then next year, when you prune the vine, you should leave the better rod on each plant and remove the others. In the third year you should arrange the vine, while it is still tender, in the shape which you want. If you are going to train it 2 over a trellis, you should allow one firm-wood shoot to grow, pruning away with a sharp pruning-hook the two "eyes" which are nearest to the ground, so that they cannot bud; then you should leave the next three "eyes" and cut off the rest of the rod. If, however, you wish the vine to stand by itself, you

On the cultivation of vines.

sicuti arbori braccia submitti patieris, et dabis operam, ut in orbem quam rotundissime formetur. Nam praeterquam quod speciem habet sic composita, tum etiam minus laborat, cum undique velut aequilibrium stabilita in se requiescit. Sat erit autem cum primo braccia submittuntur, singulas gemmas singulis sarmentis relinqui, ne protinus onere gravetur.

3 Post hanc putationem lectis<sup>1</sup> sarmentis, bidentibus alte et aequaliter<sup>2</sup> vineam fodito: vel, si ita late disposita erit, arato.

Ab idibus Octobribus ablaqueare incipito, ante brumam ablaqueatam habeto. Per brumam vitem ne colito, nisi si voles eas radices, quae in ablaqueatione apparebunt, persequi. Tum demum optime amputabis, sed ita ne codicem laedas, sed potius instar digiti unius a matre relinuas, et ita radicem reseces. Nam quae propius abraditur, praeterquam quod vulnus viti praebet eoque<sup>3</sup> nocet, tum etiam de ipsa cicatrice plures radices prorumpunt.

4 Itaque optimum est exiguam partem relinqui, atque ita summas partes, quas aestivas rustici<sup>4</sup> appellant, resecare: quae sic resectae inarescunt,<sup>5</sup> nec ultra vitibus obsunt. Possunt etiam soboles per brumam caedi, eo magis quod frigoribus extirpatae minus recreantur. Peracta ablaqueatione ante brumam

<sup>1</sup> lecti *SAac.*

<sup>2</sup> qualiter *SAac.*

<sup>3</sup> eoque *vett. edd.*: eo quod *Sc*: eo quod *Aa.*

<sup>4</sup> rusti *S*: fusti *A.*

<sup>5</sup> inarescunt *Lundström*: inalescunt *SAa.*

will allow the branches to grow freely, as you do with a tree, and be careful that it takes a circular shape with as round a form as possible; for, besides having a pleasing appearance when so arranged, it is also subjected to less strain, since, being stabilized by being equally balanced on all sides, it rests upon itself. It will be enough, if, when first the branches are allowed to grow, one "eye" is left on each shoot, so that the vine may not be overweighted at first. After this pruning, when you have chosen which 3 shoots you are going to leave, you should dig up the vineyard deeply and uniformly with mattocks, or if it has been laid out with sufficiently wide spaces, you should plough it.

From the 15th of October you should begin to trench the vineyard and so have it trenched before mid-winter. During the winter do not cultivate the vines, unless you wish to trace the roots which make their appearance during the trenching; for that will be the best time to cut them back, but in such a way as not to damage the stem of the vine but preferably leave about an inch from the mother-tree and so cut back the root. If the root is pared away more closely, besides the fact that it wounds and therefore harms the vine, more roots also make their way out from the actual scar. Thus it is best 4 that a small portion of the root should be left and that thus the furthest parts, which the country folk call the "summer roots", should be cut back. These, when thus cut back, dry up and do not hamper the vines any more. The shoots can also be cut during the winter, with the additional advantage that, having been destroyed by the cold, they are less likely to grow again. When the trenching is finished,



tertio quoque anno macerati stercore, ne minus sextarios binos ad radices vitium posuisse<sup>1</sup> conveniet, praeterquam columbinum; quod si quo amplius quam heminam posueris, viti nocebit. Post  
 5 brumam deinde ablaqueationem circumfodito. Ante aequinoctium vernum, quod est octavo<sup>2</sup> cal. April., ablaqueationem adaequato. Post idus Aprilis terram ad vitem aggerato. Aestate deinde quam potes saepissime occato. Iugerum vineae quinque operis ablaqueatur, quinque foditur, tribus occatur. Iugerum valentis et iam constitutae vineae quattuor operis  
 6 putatur, sex alligatur. Arbusto nihil eiusmodi potest ante<sup>3</sup> finiri, quia inaequalitas arborum non patitur operis iusta comprehendi. Quibusdam placet vitem proximo anno translata non putare, sequenti deinde anno purgare, et unam virgam, quam submittamus, ad tertiam gemmam resecaere: tertio deinde si vitis recte convaluerit, una plus gemma submittere: quarto duas gemmas proximae putationi adicere, atque ita quinto demum anno vitem iugare. Hunc eundem ordinem culturae nos quoque experti comprobavimus.

VI. Veterem vineam, si in summo radices habebit, resecaere nolito: alioquin<sup>4</sup> etiam novellam vineam, quae ex resectione enata fuerit, inutilem habebis,<sup>5</sup> summa parte terrae natantibus radicibus, neque

<sup>1</sup> posuisse ac: posuisset SA.

<sup>2</sup> octava AAC.

<sup>3</sup> potest ante Lundström: potestate SAAC.

<sup>4</sup> aliqui SAAC.

<sup>5</sup> habebit SAAC.

every third year before the winter comes, it will be advisable to have put not less than two *sextarii* of soaked manure, but not pigeon-dung, round the roots of the vines; but if you put more than a *hemina*, it will harm the vines. When winter is over, you should dig round the ground which you have trenched. Before the spring equinox, which 5 occurs on March 25th, you should level the soil which has been trenched. After April 13th you should heap the soil round the vine; then in the summer you should hoe the ground as often as possible. Five labourers can trench a *iugerum* of vineyard in a day, and the same number can dig it up, and three can hoe it. Four labourers can prune a *iugerum* of a thriving and well-established vineyard, and six can tie up the vines in a day. When the vines 6 grow upon trees no definite calculation of this kind can be made beforehand, because the varying size of the trees does not allow a fixed calculation in terms of labourers. Some people are of opinion that a vine which has been transplanted should not be pruned during the next year but should be cleared in the following year and one of the rods, which we allow to grow, cut back to the third "eye": then in the third year, if the vine has thrived properly, it should be allowed to grow at one more "eye," and in the fourth year two "eyes" should be added at the next pruning, and finally in the fifth year the vine should be placed upon the trellis. This same method of culture we have ourselves tried and approved.

VI. Do not cut back an old vine, if it has roots on the surface; otherwise you will find even the new vine, which will grow from the cut, of no use, since its roots float, as it were, on the surface of the ground, and you

fructum uberem percipies, et nihilominus celeriter consenescet. Eiusmodi itaque vinea, si non peraridos<sup>1</sup> habet<sup>2</sup> truncos, et flecti potest, factis sulcis<sup>2</sup> optime sternitur, atque ita renovellatur. Sin autem usque eo exaruit, ut curvari<sup>3</sup> non possit, primo anno summatim, ita ne radices eruas<sup>4</sup> aut laedas, ablaqueato, et stercus ad radices addito, atque ita putato, ut<sup>5</sup> paucas et certas materias relinquant, et fodias diligenter, et saepius pampines, ne omnino super-<sup>3</sup> vacua sarmenta nutriat. Sic exulta longas et firmas materias creabit, quas sequenti anno scrobibus inter ordines factis propaginabis:<sup>6</sup> ac deinde triennio post, cum convalescat, saepius fodies, matremque ipsam onerabis, nihil in posterum prospiciens ei quam sublaturus es. In<sup>7</sup> posterum annum matrem radicibus tolles, atque ita novellam vineam ordinabis.<sup>4</sup> Sin autem vetus vinea, dumtaxat<sup>8</sup> generis boni, radices alte positas habebit, ita ut ablaqueatae non conspiciantur, eam vineam circa calend. Martias, antequam reseces, ablaqueato, et protinus, cum alte ablaqueaveris, sic resecat. Quattuor digitos ab radicibus truncum relinquito, et si fieri poterit, iuxta aliquem nodum serrula desecato, et plagam acutissimo ferro delevato. Deinde minutam terram mediocriter stercoratum ita superponito, ut adobruto trunco ne minus tres digiti terrae super plaga<sup>5</sup> sint. Hoc idcirco, ne sole inarescat, et ut melius

<sup>1</sup> vinea si non perarid<sup>8</sup> S: vineas inoperari A.

<sup>2</sup> habent SAac.

<sup>3</sup> curari nonpossint SAac.

<sup>4</sup> eruas SA.

<sup>5</sup> aut SAac.

<sup>6</sup> propaginabis Pontedera: propaginib; S: propaginibus Aac.

<sup>7</sup> in add. Lundström.

<sup>8</sup> vineam taxat SA.

will not reap an abundance of fruit, and the vine will, nevertheless, quickly grow old. Therefore, this kind of vine, if its stems are not dried up and it can be bent, is best laid in furrows made for the purpose and is thus planted anew. But if it has dried up<sup>2</sup> to such a degree that it cannot be curved, you should in the first year trench the ground slightly in such a way as not to tear up or damage the roots, and put some manure round them, and prune the vine in such a way as to leave a few dependable firm-wood shoots, and carefully dig the soil and rather frequently trim the tendrils, so that the vine may not nourish entirely useless shoots. If it is cultivated in this way it will<sup>3</sup> produce long, firm-wood shoots, which in the following year you will propagate in planting-holes made between the rows of vines; and then for three years, while it is gaining strength, you will rather often dig round it, and you will suppress the mother-plant, making no future provision for it, since you intend to get rid of it. The next year you will remove the mother-vine root and branch and then place the young vine in position. But if an old vine, which is, never-<sup>4</sup>theless, of a good kind, has its roots situated so deep that they are not visible after the trenching, you should trench this vine about March 1st, before you cut it back, and when you have trenched it deeply, you should cut it back immediately. You should leave the stock four inches from the roots and, if possible, cut it off with a small saw near some knot and smooth off the cut with a very sharp knife; then put a little earth moderately well manured on the top, so that, when the stock is buried, there are not less than three inches of soil above the place where it was cut. The object of this is that it may not be 5

materias citet<sup>1</sup> percepto humore, quem terra prae-  
bet. At quae mali generis et infructuosa vinea est,  
summasque partes et eiuncidas<sup>2</sup> et exesas habet,<sup>3</sup>  
si radices eius satis alte positae sunt, optime inseretur  
ita ut ablaqueata et nudata pars ima secundum  
terram sic amputetur, ne cum aggerata fuerit, supra  
terram exstet.

VII. Propagationum genera tria sunt in usu  
maxime: unum quo virga edita a matre sulco  
committitur: alterum, quo ipsa mater prosternitur,  
atque in plures palos per suas virgas dividitur:  
tertium, quo vitis finditur in duas vel tres partes, si  
diversis ordinibus diducenda est. Hoc genus tardis-  
sime convalescit, quia vitis divisa medullam amittit.  
Et quoniam genera proposuimus, unumquodque  
qualiter faciendum sit, demonstrabimus.<sup>4</sup>

<sup>2</sup> Virgam cum a matre in terram deprimere voles,  
scrobem quoquoersus quattuor pedum facito ita,  
ut<sup>5</sup> propago<sup>6</sup> non laedatur alterius radicibus. Deinde  
quattuor gemmas, quae in inum scrobem perveniant,  
relinquito, ut ex iis radices citentur. Reliquam  
partem, quae continens matri est, adradito, ne  
<sup>3</sup> supervacua sarmenta procreet. Diversae autem  
quae supra terram exstare debent,<sup>7</sup> ne passus fueris  
plus quam duas aut ut maxime tres gemmas habere.

<sup>1</sup> materia scit & S: materiascit et Aa.

<sup>2</sup> eiuncidas *Schneider*: et iuncidas *SAac*.

<sup>3</sup> habent *SAac*.

<sup>4</sup> demonstravimus *SAac*.

<sup>5</sup> ut *om. SAac*.

<sup>6</sup> ppala *SA*: propala *ac*.

<sup>7</sup> debet *SAac*.

dried up by the sun and that by taking up the moisture which the earth supplies, it may in a better manner send out firm-wood shoots. But a vine which is of a bad kind and unfruitful and of which the upper parts are meagre and rotten, if its roots are put sufficiently deep in the ground, will undergo engrafting very successfully, provided that the lower part, after having been dug round and stripped bare, is cut off next to the ground so that it does not stand out above it when soil has been heaped upon it.

VII. There are three kinds of propagation chiefly in use: one in which a rod which has sprung from the mother-vine is planted in a furrow, a second in which the mother-vine itself is laid down flat and distributed branch by branch over a number of props, and a third in which the vine is cleft into two or three parts according to the number of different rows over which it has to be trained. The last method is very slow in thriving, because the vine, being divided up, loses its inner pith. Since we have suggested several methods, we will show how each should be carried out.

When you wish to press down a rod from the mother-vine into the ground, you should make a planting-hole measuring four feet each way so that the layer is not damaged by the roots of another vine. Then you should leave four "eyes," extending to the bottom of the planting-hole, that roots may spring from them; scrape the rest of the rod, that is, the part nearest to the mother-vine, so that it may not produce superfluous shoots. The parts which lie in the other direction, and should project above the ground, you should not allow to have more than two or at most three "eyes." Pare

On the propagation of vines.

Reliquas, quae in terram absconduntur, exceptis quattuor imis, fac adradas, ne in summo radices vitis citet.<sup>1</sup> Hoc modo propagata celeriter convalescet: 4 et tertio anno a matre separabitur. Sin autem ipsam vitem sternere voles, iuxta radicem<sup>2</sup> ita, ne ipsam laedas, curiose fodito, et vitem ita supplantato, ne radicem abrumpas. Cum eam statueris<sup>3</sup> et videris quousque possit pertingere, sulcum facies unum, in quem vitem integram demittas:<sup>4</sup> deinde ex eo sulco quasi ramos fossarum facies, per quos, uti quaeque virga postulavit, propaletur, atque ita 5 terra adoperies. Sin autem vitis exiguam materiam habebit, et in diversos ordines diducenda erit, neque aliter potuerit palos, ad quos perducitur, pertingere, quam ut diffluietur, curabis ut quam acutissima falce ab ea parte, qua bifurca est, findas eam, et item<sup>5</sup> ferro acuto plagam emendes, sicubi inaequaliter findi videbitur. Sic diducta poterit in plures ordines dividi. 6 Non inutilis est etiam illa propagatio, quam nos reperimus, si quando in ordinem vitis deest, neque est tam procera virga quae cum in inum scrobem demissa<sup>6</sup> fuerit, retorqueri et erigi supra terram possit. Brevitatem ne reformidaveris, sed qualemcumque virgam, cuius cacumen in inum scrobem pervenit, deprimito et obruito: deinde gemmas, quae secundum ipsam matrem sunt, submitto, ut

<sup>1</sup> radice vitis cit & S: radicae vitis cit et A.

<sup>2</sup> radicō S: radice A.

<sup>3</sup> quousque post statueris add. SA.

<sup>4</sup> dimittas SAac.

<sup>5</sup> idem SAac.

<sup>6</sup> dimissa SAac.

away the other "eyes" which are hidden in the ground except the four lowest, so that the vine may not put forth roots on the surface. Propagated in this manner the vine will quickly thrive, and in the third year will be separated from the mother-vine. But if you wish to lay the vine itself on the ground, 4 carefully dig round it near the root, so as not to damage it, and train it along the ground without breaking off the root. When you have put it in position and have seen how far it can reach, you will make a single furrow into which to lower the entire vine; you will then make branches, as it were, leading out of the furrow along which the vine may be spread out as each rod has required, and then you will cover the whole over with earth. But if the vine 5 has very little firm-wood and will have to be trained to several different rows and cannot reach the stakes to which it is being conducted without being divided, you will be careful to cleave it with the sharpest possible pruning-knife at the point where it forks and also with a sharp instrument smooth off the cut, if it seems to be unevenly cleft at any point. Thus separated it will be possible to distribute it over several rows.

The following method of propagation too which we 6 have discovered has its advantages, if at any time a vine is missing in a row and the rod which has been pressed into the bottom of the planting-hole is not tall enough to be pressed back and set up above ground. Do not be concerned at its shortness but press down and cover up the rod, of whatever kind it be, the top of which reaches the bottom of the planting-hole; then allow the "eyes" which are nearest to the mother-vine itself to grow freely, so

materias a superiore parte citent. Tum demum post triennium a matre amputato, et ad suum palum eam partem, quam a matre<sup>1</sup> praecideris, reducito, et caput vitis facito. Propaginis scrobem minime triennio paulatim completo: summas radices praecidito: crebro fodito.

VIII. Cum vitem inserere voles, optimi generis sarmenta fructuaria tum, cum gemmas agere incipient, vento Austro a matre praecidito. Sarmentum, quod inseris, de summa vite<sup>2</sup> sit rotundum, bonis crebrisque nodis. Tres deinde nodos integerrimos relinquito: infra tertiam gemmam ex utraque parte duorum digitorum spatium in modum cunei tenuissimo scalpello acuto,<sup>3</sup> ita ne medullam laedas.

<sup>2</sup> Vitem deinde, quam insiturus es, resecatto, et plagam levato, atque ita findito, et paratos surculos in fissuram demittito,<sup>4</sup> eatenus qua adراسi sunt, ita ut cortex surculi corticem vitis aequaliter contingat. Quidquid inserueris, ulmi diligent<sup>5</sup> libro vel vimine ligato luto subacto paleato oblinito plagam, et alligato, ne aqua ventusve penetrare possit: deinde supra lutum muscum imponito, et ita religato: ea

<sup>3</sup> res praebet humorem, nec inarescere sinit. Infra insitionem et alligaturam falce acuta leviter vitem vulnerato ex utraque parte, ut ex his potius plagis

<sup>1</sup> post matre add. ei S: et A.

<sup>2</sup> summa vite ac: sūmā vitem S: sūmā vite' A.

<sup>3</sup> acuto SAac.

<sup>4</sup> dimittito SAac.

<sup>5</sup> ulmi diligentur libro vel vimine Lundström: uimide uluidini legenter libro SA.

that they may put forth firm-wood from the upper part of the rod. Then eventually after three years lop the rod away from the mother-vine and train to its own stake the part which you have cut away from the mother-vine and form it into a separate vine. Gradually fill up in a minimum of three years the planting-hole in which the layer is; cut away the surface roots and dig the ground frequently.

VIII. When you wish to engraft a vine, cut off fruit-bearing shoots of the best quality from a mother-vine at the time when they begin to put forth "eyes" and when the wind is in the south. A shoot which you are using as a graft should be taken from the top of the vine and be round with a large number of good knots in it. Then leave the three soundest knots and below the third "eye" pare away a space of two inches with a very fine knife on both sides without damaging the pith so as to form a wedge. Then make a cut in the vine which<sup>2</sup> you are going to engraft and smooth off the wound, and then make clefts and insert in them the shoots which you have got ready up to the point at which they have been pared down, in such a way that the bark of the slip meets the bark of the vine evenly all round. Any graft which you have put in, you should carefully bind with a withy or the bark of an elm, and you should smear the cut with well-kneaded clay mixed with chaff and bind it, so that neither water nor wind can penetrate into it; then put moss outside the clay and bind it round. This<sup>3</sup> provides moisture and does not allow it to dry up. Below the insertion and the binding make a slight wound with a sharp pruning-knife on both sides of the vine, so that the moisture may flow out from these

How to  
make vines  
yield plenti-  
fully by  
grafting.

humor<sup>1</sup> defluat, quam ex insitione ipsa abundet; nocet enim nimius humor, nec patitur surculos insertos comprehendere. Quibusdam antiquorum terebrari<sup>2</sup> vitem placet, atque ita leviter adrasos surculos demitti: sed nos meliore ratione hoc idem fecimus. Nam antiqua terebra scobem facit, et propter hoc urit eam partem quam perforat: praeusta autem perraro unquam comprehendit insertos surculos.

<sup>4</sup> Nos rursus terebram,<sup>3</sup> quam gallicanam<sup>4</sup> dicimus, huic insitioni aptavimus: ea excavat,<sup>5</sup> nec urit, quia non scobem, sed ramenta facit. Itaque cavatum foramen cum purgavimus, undique adrasos surculos inserimus, atque ita circumlinimus. Talis insitio facillime convalescit. Igitur secundum aequinoctium perfectam vitium insitionem<sup>6</sup> habeto: humida loca de uva alba: sicca de nigra inserto.

<sup>5</sup> Vites quae exiguum dant fructum, aceto acri cum cinere irrigato, ipsumque codicem eodem cinere linito. At si fructum quem<sup>7</sup> ostendunt, ad maturitatem non perducunt, sed priusquam mitescant, uvae inarescunt, hoc modo emendabuntur. Cum instar ad ervi<sup>8</sup> amplitudinem acini habuerunt, radice tönus vitem praecidito, plagam acri aceto pariter ac lotio veteri permixta terra linito, eodemque radices rigato, saepe fodito. Haec materias citant, eaeque fructum perferunt.

<sup>1</sup> umorẽ SA.

<sup>2</sup> tenebrarari S: tenebrari A.

<sup>3</sup> terebrã c: terebras SAa.

<sup>4</sup> gallicanam c: gallinacam SAa.

<sup>5</sup> excavat SA.

<sup>6</sup> insitione A.

<sup>7</sup> quem c: quae SA.

<sup>8</sup> instar ader vi S: insitione Aac.

cuts rather than overflow from the actual graft; for too much moisture is harmful and does not allow the slips which have been engrafted to take hold. Some of the ancients think that a hole ought to be bored in the vine and then the slips put in after being smoothly pared away; but we have carried out the same process by a better method. For the old-fashioned auger creates sawdust and therefore burns the part which it perforates and, being burnt, it rarely ever takes hold of the slips which are inserted. We, on the other hand, have adapted what we call the Gaulish auger for this kind of grafting. This makes a hollow without causing burning, because it produces shavings instead of saw-dust. So when we have cleaned out the hole which has been bored, we insert the slips after they have been pared on every side and then daub them round. This kind of graft thrives very readily. You should, then, have the grafting of your vines completed about the equinox. Engraft moist places from a white grape, dry places from a black.

You should water vines which produce very little fruit with sharp vinegar mixed with ashes and daub the stock itself with the same ashes. But if the vines do not bring to maturity the fruit which they display, but the grapes dry up before they grow mellow, they will be corrected by the following method: when the berries have reached the size of pulse, cut down the vine to the very root and daub the cut with sharp vinegar and similarly with stale urine mixed with earth, and water the roots with the same mixture, and dig round frequently. This method will cause the growth of firm-wood branches, and it is these which bear the fruit.

IX. Est etiam genus insitionis, quod uvas tales creat, in quibus varii generis ac saporis<sup>1</sup> colorisque reperiuntur acini. Hoc autem ratione tali efficitur: Quattuor vel quinque sive etiam plures voles virgas diversi generis sumito, easque diligenter et aequaliter compositas colligato, deinde in tubulum fictilem vel cornu arcte inserito, ita ut aliquantum exstant ab utraque parte, easque partes, quae exstabant, resolvito, in scrobem deinde ponito, et terra sterco-rata obruito, ac rigato, donec gemmas agant. Cum inter se virgae cohaeserint, post biennium aut triennium facta iam unitate, dissolves tubulum, et circa medium fere crus, ubi maxime videbuntur coisse, vitem serra praecidito, et plagam levato, terramque minutam aggerato, ita ut tribus digitis alte plagam operiat: ex eo codice cum egerit coles, duos optimos submittito, reliquos deicito: sic uvae nascentur, quales proposuimus.

3 Malleolum findito ita, ne gemmae laedantur, medullamque omnem eradito, tum demum in se compositum colligato, sic ne gemmas allidas,<sup>2</sup> atque ita terra sterco-rata deponito, et rigato. Cum coles agere coeperit, saepe et alte refodito. Adulta vitis tales uvas sine vinaceis creabit.

X. Vindemia facta, statim putare incipito ferramentis quam optimis et acutissimis: ita plagae<sup>3</sup> leves fient, neque in vite aqua consistere poterit:

<sup>1</sup> ac saporis *om. Aac.*

<sup>2</sup> allides *c*: alliges *SAa.*

<sup>3</sup> acutissimis ita plage *S*: acutissima sit a plage *A.*

IX. There is another kind of grafting which produces bunches of grapes in which berries of different kinds and flavours and colours are found. It is carried out in the following manner: Take four or five or, if you like, even more rods of different kinds and, after arranging them carefully and uniformly in a bunch, tie them together and then insert them, packed closely together, in an earthenware pipe or a horn, so that they project a little way at both ends; loosen the parts which project and then place them in a planting-hole and cover them with well-manured soil, and water them until they produce "eyes." After two or three years, when the rods have <sup>2</sup> cohered and formed a unity, you will break up the pipe and cut the vine with a saw about the middle of the stem, where it shall seem to have formed the closest mass, and smooth off the cut; then heap over it fine soil, so as to cover the cut to a depth of three inches. From the stock thus formed, when it has put forth stalks, allow the two best to grow and discard the rest; in this manner bunches of grapes will grow of the kind which we have suggested.

How bunches of grapes may have berries of different kinds.

You should split a mallet-shoot in such a way that 3 the "eyes" may not be hurt, and scrape away all the pith; then bind it closely together as it was before in such a way as not to damage the "eyes," and then plant it in well-manured earth and water it. When it begins to put forth stalks, dig round it frequently and deeply. When the vine has come to full growth it will produce grapes without pips.

X. When the vintage is finished, you should immediately begin pruning with the best and sharpest instruments: thus the cuts which are made will be smooth and water will not be able to remain in the

How to prune vines after the vintage.

quae simulatque immorata<sup>1</sup> est, corrumpit vitem, vermesque et alia creat animalia, quae materiam exedunt. Plagas autem rotundas<sup>2</sup> facito: nam  
 2 celerius cicatricem ducunt. Sarmenta lata, vetera, male nata, contorta, omnia haec praecidito: novella et fructuaria, et interdum sobolem idoneam, si iam superficies parum valebit, submitto brachiaque conservato. Quam celerrime poteris putationem perficito. Arida et vetera, falce quae amputari non possunt, acuta dolabra abradito. In agro macro et siccio vineam imbecillam ante brumam<sup>3</sup> putato: quam partem non deputaveris, circa calend. Febr. repetito: ab. idibus Decemb. ad idus Ianuarias ferro  
 3 tangi vitem et arborem non convenit. Cum vitem putabis, inter duas gemmas secato: nam si iuxta ipsam gemmam secueris, laborabit,<sup>4</sup> nec materiam citabit. Cicatrix autem semper deorsum spectet, ita neque aqua sole laborabit, humoremque recte capiet. In agro crasso validaque vinea plures gemmas et palmas relinquito, in exili pauciores. Sicubi in vite brachium desiderabis,<sup>5</sup> falce acuta semel aut bis eo loco alte instar digiti mucrone ferito. Brachium quamvis longum cave totum tollas, nisi si totum aruerit.

4 Vineam novellam ante brumam ablaqueatam habeto, ut omnes imbres limumque concipiat. Vites arboresque quo citius ablaqueaveris, erunt

<sup>1</sup> inmortale *SAac.*

<sup>2</sup> rotundos *SA.*

<sup>3</sup> ante brumam *a*: ad brumã *S*: an brumã *A.*

<sup>4</sup> laborabit *a*: laboravit *SAc.*

<sup>5</sup> desideravit *SAac.*

vine; for water, as soon as it is allowed to stagnate, causes the vine to decay and breeds worms and other creatures which eat into the firm-wood. But make your cuts round, for then they scar over more quickly. Cut away all shoots which are too broad,<sup>2</sup> or old, or badly grown, or twisted; but allow those to grow which are young and fruitful and sometimes a suitable off-shoot, if the part of the vine which is above ground is not thriving well, and conserve the branches. Finish the pruning as quickly as possible. Shoots which are old and dry and cannot be cut away with a pruning-knife, you should pare away with a sharp axe. On land which is lean and dry you should prune a weak vine before the shortest day, and come back about Feb. 1st to any part of the vineyard which you have not pruned. Between Dec. 13th and Jan. 13th it is not advisable that a vine or a tree should be touched with the knife. When you prune a vine,<sup>3</sup> make the cut between two "eyes"; for if you make it near the "eye" itself, it will suffer and will not put forth firm-wood. The scar should always face downwards; it will then not suffer from water or the sun's heat and will catch the moisture in the right way. On rich soil and in a thriving vineyard you should leave more "eyes" and top branches, but fewer on poor soil. Whenever you find a branch lacking on a vine, take a sharp pruning-knife and strike deeply on the spot with the point once or twice to the depth of about an inch. However long a branch may be, take care not to remove it entirely unless it is quite dried up.

See that a young vine is trenched round before the  
 4 winter, so that it may take up all the rain and mud. The sooner you trench round vines and trees, the



valentiores. Sed quaecumque in clivis erunt positae, ita ablaqueandae sunt, ut a superiore parte secundum codicem lacusculi fiant, ab inferiore autem pulvilli<sup>1</sup> altiores excitentur, quo plus aquae limique contineant. Vineae vetus neque ablaqueanda est, ne radices, quas in summo habet, inarescant, neque aranda, ne radices arumpantur. Bidentibus saepe et alte fodito aequaliter, et stercore vel palea conspergito solum ante brumam, vel cum circum ipsam vitem summatim ablaqueaveris, stercoreato.

XI. Vineam quam putare tam bene pampinare utile est: nam et materiae quae fructum habent, melius convalescunt, et putatio sequentis anni expeditior,<sup>2</sup> tum etiam vitis minus cicatricosa fit: quoniam quod viride et tenerum decerpitur, protinus convalescit. Super haec quoque melius uvae<sup>3</sup> maturescunt. Ante dies decem quam vinea florere incipit, pampinatam habeto. Quidquid supervacui enatum fuerit, tollito. Quod in cacumine aut in brachiis natum erit, decerpito, dumtaxat quae uvam non habebunt. Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.<sup>4</sup> Uvas, quae meridiem aut occidentem spectabant, ne praeaurantur, suo<sup>5</sup> sibi pampino tegito.

XII. Simulatque uva variari coeperit, fodito tertiam fossuram: et cum iam maturescat, ante meridiem, priusquam calere incipiet; cum desierit, post meridiem fodito pulveremque excitato: ea res et a sole et a nebula maxime uvam defendit. Lutulentam terram neque arare neque fodere oportet, quia

<sup>1</sup> pulvilli altiores *Lundström*: pullialiores *SA*.

<sup>2</sup> expeditior *a*: expeditur *SA*: expeditius *c*.

<sup>3</sup> uvae *add. Schneider*.

<sup>4</sup> demutilato *SAac*.

<sup>5</sup> sua *SAac*.

quicker they will thrive. But any vines which are planted on slopes must be trenched in such a way that pools may be formed on the higher ground next the stem, and ridges raised to a greater height on the lower ground, so as to contain more water and mud. An old vineyard must not be trenched, lest the roots<sup>5</sup> which it has on the surface may dry up, nor must it be ploughed, lest the roots be broken off. You should dig it frequently and deeply to a uniform depth and strew the ground with dung or chaff alone before the winter, or else manure it after trenching round the vine itself on the surface only.

XI. It is just as beneficial to trim a vine well as to prune it, for then both the firm-wood branches, which bear the fruit, thrive better, and the next year's pruning is more quickly done; also the vine shows fewer scars, for, when that which is removed is young and tender, the vine immediately recovers; more<sup>2</sup> over the grapes ripen better. See that your vineyard is trimmed ten days before it begins to blossom, and remove anything superfluous which has grown. Remove anything which has grown on the top and on the branches, provided that they are not going to bear grapes. Cut back the tops of the rods, so that they may not run riot. Cover the bunches of grapes which face south or west with their own tendrils, so that they may not be burnt by the sun.

XII. As soon as the grapes begin to turn colour, give the vineyard a third digging, and when they are already ripening, do the digging in the forenoon, before it begins to be hot; when the heat has ceased, dig and stir up the dust after midday. This is the best way of protecting the grapes both from sun and from fog. Clayey ground ought not to be ploughed

Of the  
trimming  
of vines.

On the  
digging of  
vineyards.

2 valde durescit et finditur. Bidentibus terram vertere utilius est quam aratro. Bidens aequaliter totam terram vertit: aratrum praeterquam quod scamna facit, tum etiam boves, qui arant, aliquantum virgarum et interdum totas vites frangunt. Finis autem fodiendi vineam nullus est: nam quanto saepius foderis, tanto uberiores fructus reperies.<sup>1</sup>

XIII. Palearum acervos inter ordines verno tempore positos habeto in vinea.<sup>2</sup> Cum frigus contra temporis consuetudinem intellexeris, omnes acervos incendito, ita fumus nebulam et rubiginem removebit.

XIV. Lupinum terito, et cum fratribus<sup>3</sup> misceto, eoque imas vineam circumlinito: vel bitumen cum oleo coquito, eo quoque imas vites tangito, formicae<sup>4</sup> non excedent.<sup>5</sup>

XV. Vites, quae secundum aedificia sunt, a soricibus aut muribus infestantur. Id ne fiat plenam lunam observabimus, cum erit in signo Leonis vel Scorpionis vel Sagittarii vel Tauri, et noctu ad lunam putabimus.<sup>6</sup> Genus est animalis, volucra appellatur;<sup>7</sup> id fere praerodit teneros<sup>8</sup> adhuc pampinos et uvas: quod ne fiat, falces, quibus vineam putaveris, peracta putatione, sanguine ursino linito: vel si pellem fibri habueris, in ipsa putatione, quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito, atque ita

<sup>1</sup> repperies *Aa.*

<sup>2</sup> vineam *SAac.*

<sup>3</sup> fragibus *SAa*: frugibus *c.*

<sup>4</sup> formicam *SAac.*

<sup>5</sup> excedent *Ursinus.*

<sup>6</sup> putavimus *SA.*

<sup>7</sup> appellantur *SAac.*

<sup>8</sup> teneras *SA.*

or dug, because it grows very hard and splits. It is 2 more profitable to turn up the soil with mattocks than with the plough; the mattock turns up all the soil in a uniform manner; when the plough is used, besides the fact that it forms ridges, and, besides, the oxen used for ploughing break off some of the rods and sometimes whole vines. There is never an end of digging a vineyard; for the more often you dig it, the greater will you find the abundance of fruit.

XIII. In the spring see that you have heaps of chaff placed between the rows in the vineyard. When you notice that there is cold which you would not usually expect at the season, set fire to all the heaps; the smoke then will get rid of the fog and mildew.

How to avoid the effects of fog and mildew.

XIV. Crush lupines and mix them with dregs of oil and smear the lowest part of the vines with this; or else boil bitumen with oil and touch the lowest parts of the vines with this; ants will then not crawl beyond.

How to keep off ants.

XV. Vines which are near buildings are infested by shrew mice and rats and mice. To get rid of them we shall look out for a full moon when it is in the constellation of the Lion or the Scorpion or the Archer or the Bull, and prune the vines at night by moonlight. There is a kind of animal called the leaf-roller<sup>a</sup> which commonly gnaws off the tendrils and grapes while they are still tender. To prevent this, when the pruning is finished, smear the pruning-knives with which you have pruned the vineyard with bear's blood; or, if you have a beaver's skin, during the actual pruning, whenever you sharpen your pruning-knife, wipe the edge of it on this skin, and then recommence your pruning. Having

How to keep off mice.

<sup>a</sup> Also called *convolvulus* (Cato, *R.R.* 95).

putare incipito. Quoniam de vineis abunde diximus, de arbutis praecipiamus.

XVI. Vitem maxime populus alit, deinde ulmus, deinde fraxinus. Opulus<sup>1</sup> quoniam frondem non<sup>2</sup> idoneam habet, a plerisque improbatur. Ulmus autem quam Atinian vocant rustici, gēnerosissima est et laetissima, multamque frondem habet: eaque maxime serenda est locis pinguibus vel etiam mediocribus: sed si aspera et siticulosa loca arboribus obserenda<sup>3</sup> erunt, neque populus neque ulmus tam idoneae sunt quam ornī: eae autem silvestres<sup>4</sup> fraxini<sup>5</sup> sunt, paulo latioribus tamen foliis quam ceterae fraxini, nec deteriore frondem, quam<sup>2</sup> ulmi praestant. Caprae quidem et oves vel libentius etiam hanc frondem appetunt.

Igitur qui arbustum constituere volet, ante annum quam deponantur<sup>6</sup> arbores, scrobes faciat quattuor quoquo versus pedum.<sup>7</sup> Deinde circa calen. Mart. in eandem<sup>8</sup> scrobem ulmum et populum, vel fraxinum deponat, ut si ulmus defecerit, populus vel fraxinus locum obtineat. Si autem utraque vixerint, altera eximatur,<sup>9</sup> et alio loco deponatur. Arbustum inter quadragenos pedes dispositum esse convenit: sic enim et ipsae arbores, et appositae vites melius convalescent, fructumque meliorem dabunt. Segetes etiam, quae in eo erunt, minus umbra laborabunt.  
3 Arborem quam deposueris saepius circumfodito, quo

<sup>1</sup> populus *codd.*

<sup>2</sup> non *om. codd.*

<sup>3</sup> obserenda *vett. edd.*: observanda *SAac.*

<sup>4</sup> ornī: eae autem silvestres *Lundström*: ornīae silvestres  
S: ornīae at silvestre *A.*

<sup>5</sup> fraxini *ac*: fraxi *SA.* <sup>6</sup> deponant *SAac.*

<sup>7</sup> quattuor quoquo annum S: quattuor q̄ annū *A.*

<sup>8</sup> eadē *SA.*

<sup>9</sup> exima *ante* eximatur *add. SA.*

dealt at length with vineyards, let us now give directions about trees used for supporting them.

XVI. The poplar is the tree chiefly used for supporting the vine, and next to it the elm, and then the ash-tree. The maple is not approved of by most people, because it has not a suitable leaf. The kind of elm which the country folk call Atinian,<sup>a</sup> is the noblest and most luxuriant and has an abundance of foliage. It is chiefly to be planted in rich soil but can also be planted in moderately rich ground. If places which are rough and waterless have to be planted with trees, neither the poplars nor the elms are so suitable as mountain-ashes; these are wild ash-trees but with slightly, however, broader leaves than the other ash-trees, and their leaves are not inferior to those produced by elms. Goats and sheep, indeed, have a<sup>2</sup> greater liking for their leaves than any other.

He, therefore, who wishes to establish a plantation of trees for supporting vines, should make planting-holes measuring four feet each way a year before the trees are planted. Then about March 1st he should plant an elm, and a poplar or a mountain-ash in the same planting-hole, so that if the elm should fail, the poplar or the mountain-ash may take its place; if, however, both trees have lived, one should be taken up and planted elsewhere. Trees for supporting vines are best arranged at intervals of forty feet; for then both the trees themselves and the vine trained upon them will thrive better and produce better fruit; crops, too, which are grown in the plantation will suffer less harm from the shade. Dig frequently round the supporting tree which you<sup>3</sup> have planted, so that it may reach maturity more

How to form plantations of trees to support the vines.

<sup>a</sup> Called after the name of a Roman *gens*.

celerius adolescat:<sup>1</sup> et triennium ferro ne tetigeris. Completis sex et triginta mensibus, ad recipiendam vitem formabis, supervacuus ramos amputabis, alterna brachia in modum scalarum relinques, alternisque annis putabis.<sup>2</sup> Sexto anno, si iam firma videbitur, maritabis hoc modo. Ab ipso arboris crure pedale spatium intermittito, deinde sulcum in<sup>3</sup> quattuor pedes longum, in tres altum, in dupondium semissem latum cum feceris, patiere minime duobus  
4 mensibus eum tempestatibus verberari. Tum demum circa cal. Martias vitem de seminario ne minus<sup>4</sup> decem pedum sternito, et adminiculato, arborique iungito: eam proximo anno ne putaveris: tertio vero ad unam virgam redigito, paucasque gemmas<sup>5</sup> relinquito, ne antequam invaluerit, in altitudinem repat: deinde ubi amplum incrementum habuerit,<sup>6</sup> per omnia arboris tabulata disponito materias, ita tamen ne vitem oneres, sed certa et robustissima flagella submittas. Arbustivam vitem quam putare, tam alligare<sup>7</sup> diligenter oportet. Nam in eo fructus maxime vis consistit, diutiusque perennat,<sup>8</sup> quae firmis toris et idoneis locis religata est. Itaque omnibus annis convenit subsequi putationem, ita ut tori renouentur, et vitis per idoneos ramos disponatur.

XVII. Olea maxime collibus siccis et argillosis gaudet: at humidis campis et pinguibus laetas frondes sine fructu affert. Melius autem truncis

<sup>1</sup> adolescant *SAac.*

<sup>2</sup> putabis *om. Aac.*

<sup>3</sup> inter *SAac.*

<sup>4</sup> deminus *SA.*

<sup>5</sup> gemmasque *SA.*

<sup>6</sup> haberet *SAc:* habet *a.*

<sup>7</sup> putare tam alligare *vett. edd.:* putar & amalis gera *S:* putaret amallis gera *Aac.*

<sup>8</sup> pannot at *S:* pannot *A:* perennat quae *ac.*

quickly and do not touch it with the knife for three years. When thirty-six months are completed, you will shape the tree for receiving the vine and lop off the superfluous branches and leave every alternate bough so as to form a sort of ladder, and you will prune the tree every other year. In the sixth year, if the tree seems now to be firmly established, you will “wed” the vine to it in the following way. Leave a space of one foot from the base of the tree, then, having made a furrow four feet long and three feet deep and two and a half feet wide, you will allow it to be buffeted by the weather for at least two months. Then about March 1st take from the nursery a vine not<sup>4</sup> less than ten feet long and spread it out flat and prop it up and attach it to the tree. In the following year do not prune it, but in the third year reduce it to a single rod and leave only a few “eyes,” so it may not creep up to a great height before it has gained strength. Then when it has attained an ample growth, distribute the firm-wood shoots over every “story” of the tree, in such a way, however, as not to burden the vine, but so as to allow the shoots which are reliable and very strong to grow freely. You must be just as careful in binding up a vine which is supported on a tree as in pruning it; for it is on this that the strength of the fruit chiefly depends, and a vine which has been attached to a tree with firm ties and in suitable places lasts longer. Therefore, every year you should supplement the pruning by seeing that the ties are renewed and the vine trained over suitable branches.

XVII. The olive-tree takes most delight in hills which are dry and clayey; but in damp, rich plains it produces luxuriant foliage without fruit. It is better

How to form a plantation of olive-trees.

quam plantis olivetum constituitur. Magoni placet siccis locis olivam autumnum post aequinoctium seri ante brumam. Nostrae aetatis agricolae fere 2 vernum tempus circa calend. Mart. servant. Oportet autem scrobem oleae quoquoersus pedes quaternos patere, in imum scrobem lapidem glareamque abicere, deinde super terram quattuor digitorum inicere,<sup>1</sup> tum arbusculam deponere ita rectam, ut quod scrobe exstiterit, in medio sit. Arbusculam autem a tempestatibus tueri diligenter oportet adminiculando, et terram, quae in scrobe reponitur, 3 stercore immiscere. Oleam decet inter sexagenos pedes disponi, ut spatium in latitudinem crescendi habeat: nam quae in proceritatem extenduntur, evanidae fiunt, parumque fructus ferunt. Optima est oleo Liciniana, Pausia<sup>2</sup> secunda oleo, escae Orcita. Sunt et regiae, et radii non sine specie, neque oleo nec esui tam<sup>3</sup> gratae, quam quas supra diximus. Si oleam posueris eo loco, unde quercus effossa est, emori- 4 etur, ideo quod quidam vermes, qui raucae dicuntur,<sup>4</sup> in radice quercus nascuntur, eique maxime semina oleae consumunt. Si in olea unus ramus aliquanto ceteris laetior est, nisi eum recideris, arbor tota 4 fiet retrorrida. Omnes arbusculas<sup>5</sup> prius quam transferas,<sup>6</sup> rubrica notare convenit, ut cum serentur, easdem caeli partes aspiciant, quas etiam in seminario

<sup>1</sup> inigere SA.

<sup>2</sup> posita SAac.

<sup>3</sup> esui tam Schneider: sui tã S: suuitã A.

<sup>4</sup> qui raucae dicuntur Lundström: quirunt educunt S: quirunt educuntur A.

<sup>5</sup> arbusculas S: arbusculus Aac.

<sup>6</sup> transferat SAac.

to form an olive-grove with stocks than with slips. Mago is of opinion that the olive-tree should be planted in dry ground during the autumn after the equinox before mid-winter. The husbandmen of today generally observe the beginning of the spring season about March 1st. The planting-hole for an olive-tree ought to be four feet each way and you should throw into the bottom of it stones and gravel and then cast on the top four inches of soil; next, you should set the small tree in an upright position, so that the part which stands out from the planting-hole is in the middle. You must protect the small tree carefully from storms by propping it up and you should mix dung with the earth which is put back in the planting-hole. Olive-trees should be arranged 3 with sixty feet between them so that they may have room to grow in breadth; for those which run to height become feeble and bear little fruit. The best tree for oil is the Licinian. The Pausian is the next best for oil and the orcita for eating. The royal and the shuttle-shaped are not without a beauty of their own, but are not so acceptable for making oil or for eating as those which we have mentioned above. If you plant an olive-tree in a place from which an oak has been dug up, it will die, for the reason that there is a kind of worm, which is called *rauca*,<sup>a</sup> born in the root of the oak and it is particularly liable to eat up olive seedlings. If one branch of an olive-tree thrives somewhat better than the rest, unless you cut it off, the whole tree will become burnt up. It is well to 4 mark all the small trees with ochre before you transplant them, in order that, when they are planted, they may face the same quarter of the sky towards which they had looked in the nursery-bed; otherwise they

<sup>a</sup> Pliny, N.H. 17. 18. 30, § 130.

conspexerant: alioquin frigore vel calore laborabunt ab iis partibus, quas praeter consuetudinem sub alio aëre <sup>1</sup>positas habuerint.

XVIII. Priusquam pomarium constituas, quam magnum habere voles circummunito maceria, aut fossa, ita ut non solum pecori, sed ne homini quidem transitus sit, nisi per ostium, <sup>2</sup>dum adolescant semina. Nam si saepius cacumina manu prae fracta aut a pecore praerosa fuerint, in perpetuum corrumpuntur. <sup>2</sup>Generatim autem arbores disponere utilius, <sup>3</sup>maxime ne imbecillae a valentioribus premantur, quia <sup>4</sup>nec viribus nec magnitudine sunt pares, neque pariter crescent. Terra quae vitibus apta est, eadem quoque utilis est arboribus.

XIX. Ante annum quam pomaria disponere voles, scrobes fodito: ita sole pluviaeque macerabuntur, et quod posueris cito comprehendet. Sed si quo anno scrobes feceris, etiam semina ponere voles, minime ante duos menses fodito scrobes, postea stramentis eos impleto, et incendito. Quo latiores patientioresque scrobes feceris, eo laetiores erunt uberioresque <sup>5</sup>fructus. Scrobis clibano similis esto, <sup>6</sup>imus quam summus patientior, ut laxius radices vagentur, ac minus frigoris hieme, minusque aestate vaporis per angustum ostium intret: <sup>7</sup>tum etiam clivosis locis terra, quae in eum congesta est, pluviis non abluitur. <sup>3</sup>Arbores raris <sup>8</sup>intervallis serito, <sup>9</sup>ut cum creverint,

<sup>1</sup> alio aëre positas *Lundström*: alio aëspitas *SA*.

<sup>2</sup> odium *SAac*. <sup>3</sup> utilis *SAac*.

<sup>4</sup> qua *SAa*: quae *c*.

<sup>5</sup> uberioresque *S*: superioresque *Aac*.

<sup>6</sup> esto *Lundström*: est *SAac*.

<sup>7</sup> ostium intret *Lundström*: ostentarit *SAac*.

<sup>8</sup> raris *Ursinus*: pares *SAac*.

<sup>9</sup> sepito *SAac*.

will suffer from cold or heat in those parts which are exposed to an atmosphere to which they are not accustomed.

XVIII. Before you establish an orchard, enclose How to form an orchard. the extent of land which you wish to have, either with a wall or with a ditch, so that there may be no access to it until the seedlings are reaching maturity, not only to cattle but also to human beings, except through the entrance. For if the tops be frequently broken off by hand or gnawed off by cattle, they are spoilt forever. It is more practical to arrange the <sup>2</sup>trees according to their different kinds, chiefly in order to prevent the weak being overwhelmed by the stronger, since trees are not of the same strength or size and do not grow uniformly. Land which is suitable for vines is also suitable for fruit-trees. <sup>a</sup>

XIX. A year before you wish to establish an How to make planting-holes. orchard, dig planting-holes; then they will be softened by sun and rain and what you plant will quickly take root. If, however, you wish to plant the seedlings in the same year as you have made the planting-holes, dig the latter at least two months beforehand and afterwards fill them with straw and set fire to it. The broader and more open you make the planting-holes, the more luxuriant and abundant will be the fruit. The planting-holes ought to resemble an oven, <sup>2</sup>being wider at the bottom than at the top, in order that the roots may spread more widely and that less cold in winter and less heat in summer may enter through the narrow aperture; also on sloping ground the earth which is heaped into the hole is not washed away by the rains. Plant the trees at wide intervals, <sup>3</sup>

<sup>a</sup> The rest of the *De Arboribus* is slightly shorter, but on a few occasions longer than *De Re Rustica*, V. 10 to the end.

spatium habeant, quo ramos extendant. Nam si spisse posueris,<sup>1</sup> neque infra quid serere poteris, nec sic<sup>2</sup> ipsae fructuosae erunt, nisi eas intervulseris.<sup>3</sup> Itaque placet inter ordines quadragenos pedes, minimumque tricenos, relinqui.

XX. Semina lege, ne minus crassa, quam manubrium est bidentis, recta, levia, procera, sine ulceribus, integro libro. Ea bene et celeriter comprehendunt. Semina si ex arboribus sumes, de iis potissimum sumito, quae omnibus annis bonos et uberes ferunt fructus. Observabis autem ab humeris, qui sunt contra solem orientem, ut eosdem decerpas.<sup>4</sup> Sed si cum radice plantam<sup>5</sup> posueris, incrementum ei maius<sup>6</sup> futurum<sup>7</sup> quam ceteris senties.

2 Arbos insita fructuosior est, quam quae insita non est, id est, quam quae ramis<sup>8</sup> aut plantis<sup>9</sup> ponitur. Priusquam arbusculas transferas, rubrica vel alia qualibet<sup>10</sup> re signato, ut iisdem ventis, quibus ante steterunt, constituas eas: curamque adhibeto, ut ab superiore et sicciore et exiliore in planiorem, humidior, pinguiorem agrum transferas. Semina trifurca maxime ponito: ea exstent supra terram tribus pedibus. In eodem scrobe si<sup>11</sup> duas aut tres arbusculas ponere voles, curato ne inter se contingant, nam 3 ita<sup>12</sup> vermibus interibunt.<sup>13</sup> Cum semina depones,

so that, when they have grown, they may have space to spread their branches. For if you place them close to one another, you will not be able to plant anything underneath them, nor will the trees themselves be fruitful thus if you do not thin them out. The approved method, therefore, is that forty or at least thirty feet should be left between the rows.

XX. Choose seedlings which are not less thick than the handle of a fork, straight, smooth, tall, without excrescences and with the bark intact. Such plants take root well and quickly. If you take slips from the trees, take them preferably from those which bear good and abundant fruit each year. You will look for slips on the shoulders of the trees which face the rising sun and pluck these. If, however, you have set a plant which has a root, you will perceive the growth to be greater than in the other plants. A tree which is engrafted is more fruitful than 2 one which is not, that is, one which is planted in the form of a branch or of a seedling. Before you transplant the small trees, mark them with ochre or anything else you please, in order that you may plant them facing the same wind as they faced before, and be careful to transfer them from higher, drier and poorer soil to ground which is flatter, moister and richer. Set preferably seedlings which have three shoots, and let them project three feet above the ground. If you wish to put two or three small trees in the same planting-hole, take care that they do not touch one another; for in that way they will be destroyed by worms. When you plant seedlings in the ground, 3

How to choose plants for an orchard.

<sup>1</sup> poteris *S*: potieris *A*: potueris *ac*.

<sup>2</sup> si *SAac*.

<sup>3</sup> intervulseris *S*: intervaseris *Aac*.

<sup>4</sup> decerras s& *S*: decertasset *Aac*.

<sup>5</sup> planta *SAac*.

<sup>6</sup> maius *Lundström*: eius *SAac*.

<sup>7</sup> futurum quam *Lundström*: fruitq. *S*: fruit quae *A*: fueritque *a*: fueritque *c*.

<sup>8</sup> ramus *Sac*: ram' *A*.

<sup>9</sup> plantis *c*: planis *SAac*.

<sup>10</sup> alia qualibent *S*: aliquolibent *A*: aliquolibet *ac*.

<sup>11</sup> si *om. Aac*.

<sup>12</sup> ita *ed. Ald.*: ut *SAac*.

<sup>13</sup> interibunt *Lundström*: interbunt *S*: interimunt *Aac*.

dextra sinistraque usque<sup>1</sup> in imum scrobem fasciculos sarmentorum brachii<sup>2</sup> humani crassitudine deponito, ita ut supra terram paululum exstant, per quos aestate parvo labore aquam radicibus subministres. Arbores aut semina cum<sup>3</sup> radicibus autumno serito circa id. Octobres. Taleas<sup>4</sup> et ramos vere, ante quam germinare arbores incipiant, deponito. Sed ne tinea molesta sit seminibus ficulneis, in imum scrobem taleam lentisci, ita ut cacumen eius deorsum spectet, obruito.

XXI. Ficum frigidibus ne serito: loca aprica, calculosa, glareosa,<sup>5</sup> interdum et saxosa amat. Eiusmodi agro cito convalescit, si scrobes amplos et idoneos feceris. Ficorum genera etiam si sapore et habitu differunt, tamen uno modo, sed dispari loco pro differentia agri,<sup>6</sup> seruntur. Locis frigidis et autumni temporibus aquosis praecoques serito, ut ante pluviam fructum deligas: locis calidis hibernas serotinas serito. At si voles ficum, quamvis non natura, seram facere, cum grossuli minuti erunt, fructum decutito: ita alterum edet fructum, et in 2 hiemem seram<sup>7</sup> differet<sup>8</sup> maturitatem. Nonnumquam etiam cum frondere coeperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Sic firmiores arbores et feraciores fiunt. Semper proderit simulac folia agere coeperit ficus,

<sup>1</sup> dextra sinistraque usque *Pontedera*: dextra sinistra sinis quaeusque *S*: dextra sinistra sinis quousq; *Aac*.

<sup>2</sup> brachiū *S*: brachi *A*: brachii *c*: brachii *a*.

<sup>3</sup> cum *om. SAac*.

<sup>4</sup> taleas et *vett. edd.*: talaer *S*: tala et *Aac*.

<sup>5</sup> glareosū *Aac*.

<sup>6</sup> sed dispari loco pro differentia agri *Lundström*: sed dispro differentia agri pari loco *SA*: sed dispari differentia agri pari loco *ac*. <sup>7</sup> serū *SAac*. <sup>8</sup> differat *SAac*.

deposit small bundles of twigs of the thickness of a man's arm on the right and left of them reaching to the bottom of the planting-hole, so as to project a little above the ground, so that you may supply the root with water without much trouble. Plant trees and seedlings with roots in the autumn about October 15th; but set cuttings or branches in the spring before the trees begin to bud. But to prevent the caterpillar from causing trouble to fig-tree plants, bury in the bottom of the planting-hole a cutting from a mastic-tree so that the top of it faces downwards.

XXI. Do not plant a fig-tree in cold weather; it likes places exposed to the sun, pebbly, gravelly and sometimes even stony. In this sort of ground it quickly thrives, if you have made roomy and suitable planting-holes. The several kinds of fig-trees, even if they differ in flavour and habit, yet are planted in one way but in dissimilar positions according to the difference of soil. In cold districts and where the weather is wet in autumn you should plant early fig-trees, so that you may gather the fruit before the rain comes; in warm places you should plant late winter fig-trees. But if you wish to make a fig-tree ripen late, though it does not naturally do so, shake down the fruit while the little figs are small; it will then produce a second crop and put off its ripening until late winter. Sometimes, too, when the trees 2 begin to bear leaves, it is beneficial to cut off the uppermost tops of the fig-tree with a very sharp knife; the trees will then become stronger and more prolific. It will always be beneficial, as soon as the fig-tree begins to put forth leaves, to dilute ochre

When the fig-tree should be planted.



rubricam amurca diluere, et cum stercore humano ad radicem infundere: ea res efficit uberiorem fructum, et factum fici speciosius et plenus.

XXII. Nucem Graecam serito Arcturi signo, vel circa calend. Febr. quia prima gemmascit. Agrum calidum durum et siccum desiderat. Nam in locis diversis eiusmodi natura si posueris nucem, protinus putrescet. Antequam nucem deponas, in aqua mulsa, nec nimis dulci macerato: ita iucundioris fructum, cum adoleverit, praebebit, et interim melius<sup>2</sup> atque celerius nascetur. Ternas nucas in trigonum statuito, parsque acutior inferior sit, quia inde radices mittit, nuxque a nucē minime palmo absit, et apex<sup>1</sup> ad Favonium spectet. Omnis nux unam radicem mittit, et simplici stilo prorepat. Cum ad scrobis solum radix pervenit, duritia humi coërcita recurvatur, et extensa in modum ramorum alias radices emittit. Nucem Graecam et Avellanam<sup>3</sup> Tarentinas hoc modo facere poteris. In quo scrobe destinaveris nucem serere, terram minutam in modum semipedis ponito, ibique semen ferulae iacito.<sup>2</sup> Cum ferula fuerit enata, eam findito, et in medullam eius sine putamine nucem Graecam vel Avellanam abscondito, et ita adobruito. Hoc ante cal. Mart. facito, vel etiam inter nonas et idus Martias. Hoc eodem tempore iuglandem et pineam et castaneam serere oportet.

<sup>1</sup> apex *scripsi*: anceps *codd.*

<sup>2</sup> iacito *S*: facito *Aac.*

<sup>a</sup> The reading here is doubtful: the MS. reading *anceps* gives no sort of sense.

with lees of oil and pour it over the roots together with human ordure: this makes the fruit more abundant and the inner part of the fig more attractive in appearance and fuller.

XXII. You should plant the almond-tree, since it is the first nut-tree to blossom, when the constellation of the Bear rises on about Feb. 1st. It requires warm, hard and dry ground; for if you plant it in places which differ from this kind of nature, it immediately rots. Before you set a nut-tree, you should soak it in honey-water which should not be too sweet; it will then, when it comes to maturity, produce fruit of a pleasanter flavour, and meanwhile it will grow better and quicker. Place three nuts so<sup>2</sup> as to form a triangle and make the sharper end point downwards, because it is from there that it puts out its roots, and let the nuts be at least a hand's breadth away from one another, and an apex<sup>a</sup> of the triangle face towards the west. Every nut sends out one root which creeps forth in a single stem; when the root reaches the bottom of the planting-hole, it is checked by the hardness of the ground and is bent back and, extending like the branches of a tree, it puts forth other roots.

You can make an almond and a hazel into Tarentine nuts in the following manner. In the<sup>3</sup> planting-hole in which you intend to sow the nut place fine soil to a depth of half a foot and throw in there fennel-seed. When the fennel has grown up, split it and secrete in the pith of it an almond or a filbert without its shell, and then cover it over with earth. Do this before March 1st or even between March 7th and 15th. You should plant the walnut, pine-nut and chestnut at the same time of year.

How to  
plant nut-  
trees.

XXIII. Malum Punicum vere usque in cal. Apriles recte seritur. Quod si acidum aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Stercore suillo et humano et lotio humano veteri radices rigato. Ea res et fertilem arborem reddet, et primitivos annos fructum vinosum, postea vero etiam dulcem et apyrinum facit. Nos exiguum admodum laser Cyrenaicum<sup>1</sup> vino diluimus, et ita acumina arboris summa oblevimus: ea res emendavit acorem ma-  
2 lorum. Mala Punica ne rumpantur in arbore, remedio placuit lapides tres, si, cum seres arborem, ad radicem ipsam collocaveris. At si iam arborem satam habueris, scillam secundum radices arboris serito. Alio modo, cum iam matura mala fuerint, antequam rumpantur, petiolos, quibus pendent, intorqueto. Eo modo servabuntur etiam<sup>2</sup> anno toto.

XXIV. Piros<sup>3</sup> autumno ante brumam serito, ita ut minime dies quinque et viginti ad brumam supersint. Quae ut sint feraces, cum iam adoleverint, alte ablaqueato, et iuxta ipsam radicem truncum findito, et in fissuram cuneum pineum tediae adicito, et ibi relinquito: deinde obruta ablaqueatione cinerem supra terram spargito.

XXV. Mala aestiva, cydonea,<sup>4</sup> sorba, pruna, post mediam hiemem usque in idus Febr. serito. Morum<sup>5</sup> ab idibus Febr. usque in aequinoctium vernum recte seres. Siliquam Graecam, quam quidam ceratium vocant, item Persicum ante brumam per autumnum

<sup>1</sup> Lacer cirenaicum *a*: Lacire nai cū *S*: laci renai cū *A*.

<sup>2</sup> et cū *A*: et cum *ac*. <sup>3</sup> pirus *S*: prius *Aa*.

<sup>4</sup> cythonea *SAa*: citonea *c*.

<sup>5</sup> morum *vett. edd.*: marum *S*: mabrum *Aac*.

<sup>a</sup> *Cf.* p. 340.

<sup>b</sup> See note on Book V. 10. 20.

XXIII. It is right to plant the pomegranate in the spring up to April 1st. If it bears fruit which is bitter and not sweet enough this will be remedied by the following method: moisten the roots with sowing and human ordure and stale human urine. This will both render the tree fertile and during the first years cause the fruit to have a vinous taste, and afterwards, too, makes it sweet and its kernels soft. We ourselves have mixed just a little laser from Cyrene<sup>a</sup> with wine and thus smeared the uppermost tops of the trees. This has remedied the tartness of the<sup>2</sup> fruit. To prevent pomegranates from bursting on the trees, the approved remedy is to place three stones at the very root of the tree when you plant it; if however, you have already planted it, sow squill near the roots of the tree. According to another method, when the fruit is already ripe and before it bursts, you should twist the stalks on which it hangs; by the use of this device they will also keep for a whole year.

XXIV. Plant pear-trees in the autumn before mid-winter, so that at least twenty-five days remain before mid-winter. In order that the trees may be fruitful when they have now come to maturity, trench deeply round them and split the trunk close to the very root and in the fissure insert a wedge of pitch-pine and leave it there; then, when the trenching has been filled in, scatter ashes over the soil.

XXV. Plant summer-apples, quinces, service-apples and plums from the middle of winter to February 13th. You will be right in planting the mulberry from February 13th to the vernal equinox. You should plant the carob-tree, which some people call *ceratium*,<sup>b</sup> and also the peach during the autumn

How to plant pomegranate-trees.

How to plant pear-trees.

How to plant apple trees, etc.

serito. Amygdala si parum feracia erunt, perforata arbore lapidem adigito: ita librum arboris inolescere sinito.

- 2 Omnium autem generum ramos<sup>1</sup> circa calend. Martias in hortis, ubi et subacta et stercorata terra est, per pulvinos arearum disponere convenit: deinde cum tenuerint, danda est opera, ut dum teneros ramulos habent, veluti pampinentur, et ad unum stilum primo anno semina redigantur: et cum autumnus incesserit, ante quam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expedit, et ita crassis harundinibus, quae ab una parte nodos integros habent, quasi pileolos induere, atque ita a frigore et gelicidiis teneras adhuc virgas tueri. Post quartum et vicesimum deinde mensem<sup>2</sup> sive transferre et disponere in ordinem voles, seu inserere, satis tuto utrumque facies.

XXVI. Omnis surculus inseri potest, si non est ei arbori, cui inseritur, dissimilis cortice: si vero fructum etiam eodem tempore fert, sine ullo scrupulo optime inseritur. Tria autem genera insitionum antiqui tradiderunt: unum, cum resecta et fissa arbor recipit insertos surculos: alterum, quo resecta inter librum et materiam admittit semina: quae utraque genera verni temporis sunt: tertium, cum ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolae emplastrationem. Hoc genus aestatis est. Quarum<sup>3</sup> insitionum rationem cum

<sup>1</sup> ramos *S*: ramus *Aac*.

<sup>2</sup> messem *Aac*.

<sup>3</sup> quorum *SAac*.

before winter comes. If almond-trees are not productive enough, make a hole in the tree and drive in a stone, and then allow the bark of the tree to cover it.

It is proper to plant out branches of all kinds of 2 fruit-trees about March 1st in gardens in raised beds after the soil has been well worked and manured. Then, when they have taken root, care must be taken to trim them like vines while the little branches are young and tender, and in the first year the plants should be reduced to a single stem. When autumn has come on, before the cold nips the tops, it will be well to strip off all the foliage, and then cover the trees with caps, as it were, of thick reeds which have their knots intact on one side, and thus protect the still tender rods from cold and frosts. Then, after the twenty-fourth month, you will quite safely do whichever you wish of two things—either transplant them and arrange them in rows or engraft them.

XXVI. Any kind of scion can be grafted on any tree if it is not dissimilar in respect of bark to the tree in which it is grafted; indeed, if it also bears fruit at the same season, it can perfectly well be grafted without any scruple. The ancients have handed down to us three kinds of grafting; one in which the tree, having been cut and cleft, receives the scions inserted in it; the second in which the tree having been cut admits seedlings between the bark and the hard-wood, both these methods belong to the season of spring; and the third, when the tree receives actual buds together with a little bark into a part of it which has been stripped of the bark. The last kind the husbandmen call "emplastration"; it takes place in summer. When we have imparted the

How to  
engraft  
trees.

tradiderimus, a nobis quoque repertam aliam docebimus.

- 2 Omnes arbores simulatque gemmas agere coeperint, luna crescente, inserito, olivam autem circa aequinoctium vernum usque in idus Apriles. Ex qua arbore inserere voles et surculos ad insitionem sumpturus es, videto ut sit tenera et ferax nodisque crebris: et cum primum germina tumbunt, de ramulis anniculis<sup>1</sup> qui solis ortum spectabunt et integri erunt, eos legito, crassitudine minimi digiti: 3 surculi sint bisulci. Arborem, quam inserere voles, serra diligenter exsecato ea parte, quae maxime nitida et sine cicatrice est, dabisque operam, ne librum laedas. Cum deinde truncam recideris, acuto ferramento plagam levato: deinde quasi cuneum ferreum vel osseum inter corticem et materiem, ne minus digitos tres, sed lente demittito, ne 4 laedas aut rumpas corticem. Postea surculos, quos inserere voles, falce acuta ab ima parte eradito tam alte quam cuneum demisisti, sed ita ne medullam neve alterius partis corticem laedas: ubi surculos paratos habueris, cuneum vellito, statimque surculos demittito in ea foramina, quae cuneo adacto inter corticem et materiem facta sunt. Ea autem fine,<sup>2</sup> qua adraseris, surculos demittito ita, ut sex digitis de arbore exstant. In una autem arbore duos aut tres ramulos figito, dum ne minus quaternum digi-

<sup>1</sup> anni circulis *Aac.*

<sup>2</sup> fine *S*: fines *Aac.*

method of these graftings, we will also set forth another which we have discovered.

You should engraft all other trees as soon as they <sup>2</sup> begin to put forth buds and when the moon is waxing, but the olive-tree about the spring equinox and until April 13th. See that the tree from which you intend to graft and are going to take scions for grafting is young and fruitful and has frequent knots and, as soon as the buds begin to swell, choose from among the small branches which are a year old those which face the sun's rising and are sound and have the thickness of the little finger. The scions should <sup>3</sup> be forked. You should cut the tree, into which you wish to insert the scion, carefully with a saw in the part which is most healthy and free from scars, and you will take care not to damage the bark. Then, when you have cut away part of the tree, smooth over the wound with a sharp iron instrument; then put in a kind of wedge of iron or bone between the bark and firm-wood to a depth of not less than three inches, but do so gently, so as not to damage or break the bark. Afterwards with a sharp pruning-knife pare down the <sup>4</sup> scions, which you wish to insert, at the bottom end of them to the depth to which you have inserted the wedge but in such a way as not to damage the pith or the bark on the other side. When you have got the scions ready, pull out the wedge and immediately push down the scions into the holes which have been formed by driving in the wedge between the bark and the firm-wood. Put in the scions by inserting the ends where you have pared them down and in such a way that they stand out six inches from the tree. Fix two or three little branches as grafts in one tree, provided that the space between them is not less

torum inter eos sit spatium. Pro arboris magnitudine et corticis bonitate haec facito. Cum omnes surculos, quos arbor patietur, demiseris, libro ulmi vel vimine arborem astringito: postea paleato luto bene subacto oblinito totam plagam, et spatium quod est inter surculos usque eo, ut duobus digitis insita exstent: supra lutum muscum imponito, et ita alligato, ne pluvia dilabatur. Si pusillam arborem inserere voles, iuxta terram abscindito, ita ut sesquipedem a terra exstet. Cum deinde abscideris, plagam diligenter levato, et medium truncum acuto scalpro modice findito, ita ut fissura trium digitorum sit. In eam deinde cuneum, quoad patietur,<sup>1</sup> inserito, et surculos ex utraque parte adrasos demittito, ita ut librum seminis libro arboris aequalem facias. Cum surculos diligenter aptaveris, cuneum vellito: deinde arborem, ut supra dixi, alligato et oblinito: dein terram<sup>2</sup> circa arborem aggerato usque ad ipsum insitum. Ea res a vento et calore maxime tuebitur.

Tertium genus insitionis, cum sit subtilissimum, non omni generi arborum<sup>3</sup> idoneum est: et fere eae recipiunt talem insitionem, quae humidum succosumque et validum librum habent, sicuti ficus. Nam et lactis plurimum remittit, et corticem robustum habet. Optime itaque ea inseritur tali ratione. Ex qua arbore inserere voles, in ea quaerito novellos et nitidos ramos. In his deinde observato gemmam, quae bene apparebit, certamque spem germinis

<sup>1</sup> quoad patietur *Schneider*: qđ is patetur *SA*: quod is patietur *a*: quod his patietur *c*.

<sup>2</sup> terra *S*: tĕra *A*.

<sup>3</sup> arborum *om. Aac*.

than four inches. In doing so take into account the size of the tree and the quality of the bark. When you have put in all the scions that the tree will stand, bind the tree with elm-bark or osiers. Next with well-worked clay mixed with chaff daub the whole of the wound and the space between the grafts so that the scions project two inches, and put moss on the top of the clay and bind it on so that rain may not penetrate. If the tree which you wish to engraft is small, cut it off near the ground so that it projects a foot and a half above the soil; then, after cutting it down, carefully smooth the wound and split the stock in the middle a little way with a sharp knife, so that there is a cleft three inches deep in it. Then insert a wedge in this cleft as far as it will allow and thrust down into it scions which have been pared away on both sides in such a way as to make the bark of the scion exactly meet the bark of the tree. When you have carefully fitted in the scions, pull out the wedge; then bind and daub the tree in the manner described above. Next heap up earth round the tree right up to the graft itself; this will give the best protection from wind and heat.

The third kind of grafting, being the most delicate, is not suited to every kind of tree. Generally speaking those trees admit of this kind of grafting which have moist, juicy and strong bark, like the fig-tree; for this yields a great abundance of milky juice and has a stout bark, and so a graft can be very successfully inserted by the following method. You should seek out young and healthy branches on the tree from which you wish to take your grafts, and you should look on them for a bud which has the appearance of being good and gives a sure promise of pro-

habebit: eam duobus digitis quadratis circumsignato, ut medio gemma sit et ita acuto scalpello circumcisam,<sup>1</sup> delibrato diligenter, ne gemmam laedas. Item quam arborem inserere voles, in ea nitidissimum ramum eligito, et eiusdem spatii corticem circumcidito, et a materie<sup>2</sup> delibrato; deinde in eam partem, quam nudaveras, gemmam, quam ex altera arbore sumpseras, aptato ita, ut emplastrum<sup>9</sup> circumcisae parti conveniat. Ubi haec feceris, circa gemmam bene vincito, ita ne laedas: deinde commissuras et vincula luto oblitito, spatio relicto, qua gemma libere germinet. Materiem, quam inseveris, si sobolem vel supra ramum habebit, omnia praecidito, ne quid sit quo passus succus avocari, aut cui magis quam insito serviat. Post unum et vicesimum diem solvito emplastrum. Hoc genere optime etiam olea inseritur. Quartum illud genus insitionis iam docuimus, cum de vitibus disputavimus: itaque supervacuum est hoc loco repetere<sup>3</sup> iam traditam rationem terebrationis.

XXVII. Sed cum antiqui negaverint posse omne genus surculorum in omnem arborem inseri, et illam quasi<sup>4</sup> finitionem, qua nos paulo ante usi sumus, veluti quandam legem sanxerint, eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice ac libro et fructu consimiles iis arboribus, quibus inseruntur, existimavimus errorem huius opinionis discutiendum, tradendamque posteris rationem, qua possit omne

<sup>1</sup> circumcisam *Lundström*: circūcisē *S*: circūcisae *A*.

<sup>2</sup> a materie *S*: materiae *A*: materie *ac*.

<sup>3</sup> hoc loco repetere *S*: hoc corepetere *A*.

<sup>4</sup> quasi *S*: quas *Ac*.

ducing a sprout. Make a mark round it enclosing two square inches with the "eye" in the middle and make an incision all round with a sharp knife and carefully remove the bark without damaging the bud. Also choose the healthiest branch on the tree which you wish to use for grafting and make an incision, enclosing the same dimensions as before, and remove the bark from the firm-wood; then apply the "eye" which you have taken from the other tree to the space which you have laid bare, so that the scutcheon fits into the part which you have cut round. Having done this, bind the bud well all round in such a way as not to damage it; then daub the edges and the ties round them with clay, leaving a space where the "eye" may bud without hindrance. If the firm-wood in which you have inserted the graft has any shoots and branches, above it cut everything away, so that there may be nowhere to which the sap may be drawn away and benefit another part rather than the graft. After the twenty-first day unbind the scutcheon. This kind of grafting is very successful with the olive-tree also. The fourth method of grafting we have already set forth when we treated of vines<sup>a</sup>; so it is superfluous to repeat here the method of "terebration" already described.

XXVII. Since the ancients denied that any kind of scion can be grafted on any kind of tree and established that limitation, which we quoted just now as a hard and fast rule, namely, that only those scions can unite which resemble the trees in which they are inserted, in their bark and rind and fruit, we have thought it advisable to disprove the error of this opinion and to hand down to posterity a method by which any kind of scion can be grafted upon any

Any kind of scion can be grafted on any kind of tree.

<sup>a</sup> Ch. 8 § 3.

2 genus surculi omni generi arboris inseri. Quod ne longiori exordio legentes fatigemus, unum quasi exemplum subiciemus, qua similitudine quod quisque genus volet omni arbori poterit inserere.

3 Scrobem quoquoversus pedum quattuor ab arbore olivae tam longe fodito, ut extremi rami oleae possint eam contingere. In scrobem deinde fici arbusculam deponito, diligentiamque adhibeto, ut robusta et nitida fiat. Post triennium aut quinquennium, cum iam satis amplum incrementum ceperit,<sup>1</sup> ramum olivae qui videbitur nitidissimus, deflecte, et ad crus arboris ficulneae religa: atque ita amputatis ceteris ramulis et tantum cacumina, quae inserere voles, relinquito: tum arborem fici detruncato, plagamque  
4 levato, et mediam<sup>2</sup> cuneo findito. Cacumina deinde olivae, sicuti matri inhaerent, utraque parte adradito, et ita fissurae fici aptato, cuneumque eximito, et diligenter colligato, ne qua vi revellantur. Sic interposito triennio coalescet ficus olivae: et tum demum quarto anno, cum bene coierint,<sup>3</sup> velut propaginis ramulos olivae ramos a matre resecabis. Hoc modo omne genus in omnem arborem inseritur.

XXVIII. Cytisum, quod Graeci aut zeas, aut carnicin, aut tripharin vocant,<sup>4</sup> quam plurimum habere expedit, quod gallinis, apibus, ovibus, capris, bubus quoque, et omni generi pecudum utilissimum est, quod ex eo cito pinguescit, et lactis plurimum praebet ovibus:<sup>5</sup> tum etiam quod octo mensibus

<sup>1</sup> coeperit *A.*                    <sup>2</sup> medium *Sc.*

<sup>3</sup> coierint *Schneider*: poterit *SAac.*

<sup>4</sup> quod . . . vocant *om. S.*    <sup>5</sup> ovibus *S*: ovibus, *A.*

kind of tree. That we may not weary our readers 2 with too long a discourse, we will submit, as it were, a single example by following which anyone can graft any kind of scion upon any kind of tree.

Dig a trench measuring four feet each way at such 3 a distance from an olive-tree that the ends of the branches of the olive-tree can reach it; then plant a small fig-tree in the trench, and be careful that it grows strong and healthy. After three or five years, when it has made enough growth, bend down the branch of the olive-tree which seems to be the healthiest, and bind it to the stock of the fig-tree. Then remove the rest of the small branches and leave only those tops which you wish to engraft; next cut the fig-tree and smooth off the wound and split it in the middle with a wedge. Then pare the tops of the 4 olive, as they still adhere to the mother-tree, on both sides and fit them into the cleft in the fig-tree, and take away the wedge and carefully tie them to the fig-tree, so that no force may tear them away. After an interval of three years the fig-tree will coalesce with the olive-tree, and, finally, in the fourth year, when they have become properly united, you will cut off the olive-branches from the mother-tree as though they were the small branches of a layer. This is the way in which any kind of scion is grafted on any kind of tree.

XXVIII. You should have as much shrub-trefoil How to grow and make use of the shrub-trefoil. as possible, what the Greeks call *zea* or *carnicis* or *tripharis*, because it is most useful for chickens, bees, sheep, goats and oxen and cattle of every kind, which quickly grow fat upon it, while it makes ewes yield a very large quantity of milk; moreover also you could use it for eight months of the year as green

viridi eo pabulo uti, et postea arido possis. Praeterea in quolibet agro, quamvis macerrimo<sup>1</sup> celeriter comprehendit, omnemque iniuriam sine noxa patitur.

2 Mulieres quidem, si lactis inopia premuntur, cytissimum aridum in aqua macerari<sup>2</sup> oportet: cum tota nocte permaduerit, postero die expressi<sup>3</sup> succi ternas heminas permisceri modico vino, atque ita potandum dari:<sup>4</sup> sic et ipsae<sup>5</sup> valebunt, et pueri abundantia lactis confirmabuntur. Satio autem cytisi vel autumnus circa idus Octob. vel vere fieri potest.

